RESERVADO
1620
B. N. L.

Res. 1620 p.

RESERVADO

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

Res
1620

# M. ACCII PLAVTI,

## *COMOEDIÆ QVATVOR.*

AVLVLARIA.
CAPTIVI DVO.
STICHVS.
TRINVMMVS.

Ex quibus ea deleta ſunt, quæ bonis moribus nocere poſſent.

CONIMBRICÆ.
*Apud Ioannem Barrerium.*
M. D. LXVII.

# Priuilegio del Rei N. S.

EV el Rey faço ſaber aos que eſte Aluara virem, que Iohão de Barreyra imprimidor na vniuerſidade da cidade de Coymbra me enuiou dizer por ſua petição, que os Padres do colegio das Artes & humanidade da dita cidade, tem algũs liuros compoſtos, & outros emmendados de erros, & couſas deſoneſtas: os quaes ſe deyxarã ate hora de lèr, por não auer quem os quiſeſſe impremir & fazer a deſpeſa pera iſſo neceſſaria. E que por elle eſtar concertado cõ os ditos padres, pera auer de impremir todas as obras neceſſarias, aſſi de Logica, como de Filoſophia, & outras de verſo, ou proſa, & algũas orações, Epiſtolas & comedias acomodadas com o eſpaço neceſſareo pera os ouuintes poderẽ groſar. A qual impreſſam era couſa de muyto custo, & em que elle receberia muyta perda ſe outrem ſe entremeteſſe a imprimir algũa das ditas obras: Me pedia por merce que ouueſſe por bem que todas as obras que os ditos padres lhe mãdaſſem imprimir com licença, as não podeſſe peſſoa algũa impremir, nem trazer de fora do reyno impremidas, pollo tempo, & com as penas que me bem pareceſſem.

E viſto ſeu requerimento & por lhe fazer merce, ey por bẽ que peſſoa algũa de qualquer qualidade que ſeja, não poſſa impremir em meus Reynos & ſenhorios as obras q̃ os ditos

Padres

*Padres lhe mãdarem impremir, com licença, na maneyra que acima he dito, nem mandalas impremir fora delles, nem trazer de fora do Reyno a vender nelle. E iſto por tempo de oyto annos, que começaram da feytura deſte. Sob pena de trinta cruzados, a metade pera os catiuos, & a outra ametade pera quem os acuſar. E de perder pera ho dito Ioham de Barrera todas as ditas obras que aſsi impremir, ou mandar impremir, ou trouxer de fora, ou vender em meus Reynos & ſenhorios. E mando a todas as juſtiças, officiaes, & peſſoas a q̃ ho conhecimento diſto pertencer, que cumprã & façam inteiramente cumprir & goardar eſte aluarâ, como ſe nelle contem. O qual me apraz que valha, & tenha força & vigor, como ſe foſſe carta feyta em meu nome, por mi aſsinada, & paſſada por minha chancellaria. Sem embargo da ordenação do ſegundo liuro, que ho contrayro deſpõe. Luys de Sexas o fez em Lixboa, a quatorze de Setembro, de mil & quinhentos & ſeſſenta & ſete. Ioham de Sexas o fez eſcreuer.*

*Card. Iffante.*

# IACOBVS FERDINANDVS
Ex ſocietate *IESV*, pietatis, ac bonarũ
Literarum ſtudioſis adoleſentibus.

*S.*

*CVM nihil æquè noſtræ ſocietati curæ ſit, ſtudioſi adoleſcentes, ac veſtra omnium vtilitas, vt non modo vos latinæ linguæ aliarumq; diſciplinarum præceptis imbuat, ſed in omni etiam genere virtutũ, ac bonis moribus erudiat, in ea re omnem operam atque ſtudium ponit, vt quantum fieri poßit, veſtris commodis inſeruiat. Cumq; ex ijs auctoribus, quos vobis interpretamur, ſoli poëtæ comici deeſſent, qui vos in quotidiano & familiari ſermone nõ parum iuuare poſſent, ne hac etiam in parte noſtram operam deſideretis, en damus vobis quatuor Plauti comœdias: quæ quamuis elegantia non ſint cæteris inferiores, argumenti tamen honeſtate longè illis ſunt ſuperiores. Nam ſiqua in eis inerãt vel inhoneſta, vel petulãtius*

*dicta,*

*dicta, quàm vt caſtis ac religioſis moribus conueniat, ea ſic ſuſtulimus, vt, quoad eius fieri poſſet, antecedentia & conſequentia apta eſſent inter ſe atque connexa: nec hiulcum quicquam ac malè cohærens in ipſa verborum ſtructura deprehenderetur. Atq; vtinã quod in his Plautinis fabulis præſtitimus, in Terentianis quoq; idem efficere liceret, vt quicquid obſcœnitatis præſe ferunt, ſalua & incolumi ſententia, poſſet de medio tolli, eum etiam laborem veſtræ vtilitatis cauſſa ſuſcipere non grauaremur. Verum quia omnia apud Terentium fabularum argumenta ſunt eiuſmodi, vt non ita facile purgari poßint, conſultò id prætermiſimus, quod ſine magno auctoris detrimento effici nullo modo poſſet. Libenter itaq; quod Plautus dedit, accepimus: has nimirum quatuor comœdias, quæ minus quam reliquæ, erant inquinatæ. Quod vero vetuſtis & obſoletis verbis, quibuſdam etiam cauſſa ridiculi fictis Plautus aliquoties vtitur, non debet hoc quenquam offendere. Quis enim eſt tã ſeuerus ac triſtis,*

*vt*

vt eiuſmodi vocibus offendatur? quæ ſcilicet ex ſua illa vetuſtate tantum habet leporis & ſalis, vt nihil ſit, quod animos relaxare, & aſſidui laboris in ſtudijs literarũ faſtidium leuare nec melius nec facilius poſsit. Nam quod ad elegantiã latini ſermonis attinet, qua Plautus inter cæteros excellit, nolo vos mihi credatis, ſed duobus potius antiquis ac locupletibus auctoribus credite, Ælio Stoloni, & Aulo Gellio: quorũ teſtimonium vobis grauiſsimum eſſe debet. Ille enim, vt ex Varrone Fabius Quintilianus refert, in ea fuit ſententia, vt ſi Muſæ latinè loqui vellent, Plautino ſermone eſsent vſuræ. Hic vero Plautum latinæ linguæ atque elegantiæ principẽ non dubitauit dicere. Quæ cum ita ſint, veſtræ partes erunt adoleſcentes optimi, vt in hoc ſtudiũ tam iucundum, tam vtile, & fructuoſum toto pectore incũbatis: Deoq́ Opt. Max. ad cuius laudem & gloriam quicquid rerum molimur, & gerimus, referri debet, quam maximas gratias agatis, cuius

ſingu-

*ſingulari beneficio ac munere vobis conceſſum eſt, vt eos præceptores nanciſceremini, qui non minorem dant operam, vt vos literis inſtituant, quam vt pietate, & religione, cæteriſque virtutibus informent.*

Quo cum labore magno, & miſerè viueret.

Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit,

Cœpi obſeruare, ecquid maiorem filius

Mihi honorem haberet, quàm eius habuiſſet pater.

Atq; ille verò minus minusq; impendio

Curare, minusq; me impartire honoribus.

Item à me contra factum eſt, nam item obijt diem.

Is ex ſe hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium

Pariter moratum, vt pater, auusq; huius fuit.

Huic filia vna eſt: ea mihi co: idie

*Aut ture, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat,*

*Dat mihi coronas, eius honoris gratia*

*Feci theſaurum, vt hic reperiret Euclio,*

*Quo eam facilius nuptum, ſi vellet, daret.*

*Sed hic ſenex iam clamat intus, vt ſolet,*

*Anum foras extrudit, ne ſit conſcia.*

*Credo aurum inſpicere volt, ne ſurreptum ſiet.*

## *Euclio ſenex. Staphyla anus.*

*Eu.* EXi inquã, age exi, exeũdũ hercle tibi hinc eſt foras

*Circunſpectatrix cum oculis emiſſit ijs.*

St. Nam cur me miſeram verberas? Eu. vt miſera ſis,

Atq; vt te dignam mala malam ætatem exigas.

St. Nam me qua nunc cauſa extruſiſti ex ædibus?

Eu. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges?

Illuc regredere ab oſtio, illuc ſis vide, vt

Incedit! at ſcin' quo modo tibi res ſe habet?

Si hodie hercle fuſtem cepero, aut ſtimulum in manũ,

Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum.

St. Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium

Potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiam.

Eu. At vt ſceleſta ſola ſecum murmurat.

Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi,

Ne me obſeruare poſsis, quid rerum geram.

Abſcede etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe nunc.

Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſto loco

Digitum tranſuerſum, aut vnguē latum exceſ

Aut ſi reſpexis donicum ego te iuſſero,

Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci.

Sceleſtiorem me hac anu certè ſcio

Vidiſſe nunquam, nimiſq; ego hanc metuo m

Ne mihi ex inſidijs verba imprudenti duit,

Neu perſentiſcat, aurum vbi eſt abſconditum,

Quæ in occipitio quoq. habet oculos peſſima.

Nunc ibo vt viſam, ſit ne ita aurum, vt condidi,

Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis.

St. Nec nunc mecaſtor quid hero ego dicam meo

Male rei euéniſſe, quamue inſaniam.

Queo comminiſci, ita miſeram me ad hunc modũ

Decies die vno ſæpe extrudit ædibus.

Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent:

Peruigilat noctes totas, tum autem interdiu

Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Neq; iam quicquam melius eſt mihi,

Vt opinor, quàm ex me vt vnam faciam literam

Longam, meum laqueo collum quando obſtrinxero.

## Euclio Senex. Staphyla Anus.

Eu. Nunc defæcato demum animo egredior domo,

Poſt quam perſpexi ſalua eſſe intus omnia.

Redi nunc iam intro, atq; intus ſerua. Sta. quippini

Ego intus ſeruem, an nequis ædes auferat?

*Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus.*

*Ita inanijs ſunt oppletæ atq; araneis.*

*Eu. Mirum quin tua me cauſa faciat Iupiter*

*Philippum regem, aut Darium, triuenefica.*

*Araneas mihi ego illas ſeruari volo.*

*Pauper ſum fateor, patior, quod Di dant fero.*

*Abi intro, occlude ianuam, iam ego hic ero,*

*Caue quenquam alienum in ædis intromiſeris.*

*Quod quiſpiam ignem quærat, extingui volo,*

*Ne cauſæ quid ſit, quod te quiſquam quæritet.*

Nam ſi ignis viuet, tu extinguere extempulo.

Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.

Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium,

Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant,

Fures veniſſe, atq; abſtuliſſe dicito.

Profecto in ædes meas, me abſente neminem

Volo intromitti. atq; etiam hoc prædico tibi,

Si bona fortuna veniat, ne intromiſeris.

Sta. Pol ea ipſa credo ne intromittatur cauet,

Nam ad ædis noſtras nuſquã adijt, quãquã prope eſt.

*Eu. tace, atq; abi intro. Sta. taceo, atq; abeo. Eu. occlude ſis*

*Fores ambobus peſſulis, iam ego hic ero.*

*Diſcrucior animi, quia ab domo abeundũ eſt mihi.*

*Nimis hercle inuitus abeo, ſi quid agam, ſcio.*

*Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ,*

*Diuidere argenti dixit nummos in viros.*

*Id ſi relinquo, ac non peto, omnes illico*

*Me ſuſpicentur credo habere aurum domi.*

*Nam non eſt veriſimile hominem pauperem*

*Pauxillum parui facere, quin nummum petat.*

*Nam nunc quū celo ſedulo omnes, ne ſciant,*

*Omnes videntur ſcire, & me benignius*

*Omnes ſalutant, quâm ſalutabant prius.*

*Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras,*

*Regitant me vt valeam, quid agā, quid rerū gerā?*

*Nunc quo profectus ſum ibo, poſt idea domū.*

*Me rurſum quantū potero, tantū recipiam.*

## *Eunomia. Megadorus ſenex.*

*Eu. Velim te arbitrari me hæc verba frat er*

*Me.e fidei, tueq; re hoc cauſa*

Facere, ita vt, æquū eſt germanam ſororem,

Quanquam haud falſa ſum nos odioſas haberi.

Nam multum loquaces merito omnes habemur.

Nec mutam profecto repertum vllam eſſe

Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.

Verum hoc frater vnum tamen cogitato,

Tibi proximam me, mihiq; item eſſe te.

Vt æquū eſt, quod in rem eſſe vtriq; arbitremur,

Et mihi te, & tibi me conſulere, & monere,

Neq; occultum id haberi, neq; per metum muſſari.

Quin participem pariter ego te & tu me vt facias.

Eo nunc ego ſecreto te huc foras ſeduxi,

Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.

Me. Da mihi optuma fœmina manū. Eu. vbi ea eſt? qs ea

Eſt nam optuma? Me. tu. Eu. tu ne ais? Me. ſi negas,

Nego. Eu. decet te equidem vera proloqui,

Nam optuma nulla poteſt eligi: alia alia

Peior frater eſt. Me. idem ego arbitror, nec tibi

Aduerſari certum eſt de iſtac re vnquam ſoror.

Eu. Da mihi operam amabo. Me. tua eſt, vtere

*Atq; impera, ſi quid vis. Eu. id quod in rem tuam*
*Optumum eſſe arbitror, te id admonitum aduento.*
*Me. Soror more tuo facis. Eu. factũ volo. Me. quid eſt id*
*Soror? Eu. quod tibi ſempiternum ſalutare*
*Sit liberis procreandis. Me. ita dij faxint.*
*Eu. Volo te vxorem domum ducere. Me. hei occidi.*
*Eu. Quid ita? Me. quia mihi miſero cerebrum excutiũt*
*Tua dicta ſoror, lapides loqueris. Eu. eia hoc face,*
*Quod te iubet ſoror. Me. ſi iubeat, faciam. Eu. in rem*
*Hoc tuã eſt. Me. vt quidem emoriar, priuſquã ducã.*

Sed his legibus, ſi quā dare vis, ducam, quæ
Cras veniat, perendie foras feratur ſoror.
His legibus quam dare vis cedo, nuptias adorna.
Eu. Quam maxima poſſum tibi frater dare dote.
Sed eſt grandior natu, media eſt mulieris ætas,
Eam ſi iubes frater tibi me poſcere, poſcam.
Me. Nū non vis me interrogare te? Eu. immo ſi quid vis, (roga.
Me. Ego virtute Deū, & maiorū noſtrorū diues ſū ſatis.
Iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpurā,

*Nihil moror, quæ in ſeruitutẽ ſũptibus redigũt viros.*

*Eu. Dic mihi quæſo, quis ea eſt, quam uis ducere vxorem?*
*(Me. eloquar.*

*Nouiſti hũc ſenem Euclionẽ ex proximo pauperculũ?*

*Eu. noui hominẽ haud malũ mecaſtor. Me. eius cupio filiã*

*Virginem mihi deſponderi, verba ne facias ſoror.*

*Scio q̃d dictura es, hãc eſſe pauperẽ; hæc pauper placet.*

*Eu. D. bene vertãt. Me. idem ego ſpero. Eu. quid me nũc,*
*quid vis. Me. vale.*

*Eu. Et tu frater. Me. ego conueniam Euclionem, ſi domi*

*Eſt. ſed eccum, neſcio vnde ſeſe homo recipit domum.*

Euclio, Megadorus, Senex.

Eu. Præſagibat mihi animus fruſtra me ire, quũ exibam (domo,

Itaq; abibam inuitus, nam neq; quiſquam curialium

Venit, neq; magiſter, quẽ diuidere argẽtum oportuit.

Nũc domũ properare propero, nã egomet ſum hic, ani(mus domi eſt.

Me. Saluus atq; fortunatus Euclio ſemper ſies.

Eu. Di te amẽt Megadore. Me. quid tu? recten', atq; vtuis (vales?

Eu. Nõ temerariũ eſt, vbi diues blãde appellat pauperem.

Iã illic homo aurũ me ſcit habere, eò me ſalutat blãdius.

Ma. Ain' tu valere? Eu. pol ego haud à pecunia perbene.

Me. Pol ſi animus eſt æquus tibi, ſatis habes, qui bene (tam colas:

Eu. Anus hercle huic indiciũ fecit de auro, perſpicuè palam eſt.

Cui ego iã linguã præcidã, atq; oculos effodiã domi.

Me. Quid tu ſolus tecũ loqre? Eu. meã pauperiẽ cõqueror.

Virginẽ habeo grãdem, dote caſſam, atq; illocabilem,

Neq; eã queo locare cuiquã. Me. tace bonũ habe animũ (Euclio,

Dabitur, adiuuabere à me, dic ſi quid opus eſt impa.

Eu. Nũc petit quũ pollicetur, inbiat aurũ vt deuoret.

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Nemini credo, qui large blandus eſt diues pauperi.

Vbi manum inycit benigne, ibi onerat aliquã zamiã.

Ego iſtos noui polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent.

Me. Da mihi operam parũper, paucis Euclio eſt quod te (volo,

De cõmuni re appellare mea et tua. Eu. hei miſero mihi,

Aurũ mihi intus harpagatũ eſt. nũc hic eã rẽ volt, ſcio,

Mecum adire ad pactionẽ, verũ interuiſam domũ.

Me. Quo abis? Eu. iam ad te reuortar, nã eſt quod viſam (domum

Me. Credo edepol, vbi mentionem ego fecero de filia,

Mihi vt deſpondeat, ſeſe à me derideri rebitur.

Neq; illo quiſquã eſt alter hodie ex paupertate parcior.

Eu. Di me ſeruãt, ſalua res eſt, ſaluũ eſt, ſi quid nõ perit.

Nimis male timui, priusquã intro redij exanimatus fui.

Redeo ad te Megadore, ſiquid me vis. Me. habeo gratiã.

Quæſo quod te percontabor, ne ita pigeat proloqui.

Eu. dũ quidẽ nè qd percõteris quod mihi nõ lubeat loqui.

Me. dic mihi quali me arbitrare gñre prognatũ? Eu. bono.

Me. Quid fide? Eu. bona. Me. quid factis? Eu. neq; malis (neq; improbis.

Me. Ætatẽ meã ſcis? Eu. ſcio eſſe grandẽ itidẽ vt pecu- (niam.

Me. Certe edepol, equidẽ te ciuẽ ſine mala omni malitia,

Sẽper ſum arbitratus, & nũc arbitror. Eu. aurũ huic (olet.

Quid nunc me vis? Me. quoniã tu me, & ego te qualis (ſis, ſcio:

*Quę res recte vortat, mihiq; tibiq;, tuęq; filię,*

*Filiam tuam mihi vxorem poſco. promitte hoc fore.*

*Eu. Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis.*

*Vt inopē, atq; innoxiū abs te, atq; abs tuis, me irrideas.*

*Nā de te neq; re, neq; verbis merui, vt faceres quod facis.*

*Me. Neque edepol ego te deriſum venio, neque derideo,*

*Neq; dignū arbitror. Eu. cur igitur poſcis meā gnatā tibi?*

*Me. vt propter me tibi ſit melius, mihiq; ꝑpter te et tuos.*

*Eu. Venit hoc mihi in mētem Megadore, te eſſe hominē diuitē,*

*Factioſum, me itē eſſe hominē pauperū pauperrimū.*

Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mētem venit,

Te bonē eſſe, & me eſſe aſellum, vbi tecū cōiunctus ſiem.

Vbi onus nequeā ferre pariter, iaceā ego aſinus in luto.

Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi nūquā ſiē,

Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat.

Neutrubi habeā ſtabile ſtabulū, ſi quid deuortij fuat.

Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.

Hoc magnū eſt periculū, ab aſinis ad boues tranſcendere.

Me. Quā ad probos propinquitate proxime te adiunxeris,

Tam optimū eſt. tu conditionē hanc accipe, auſculta mihi,

*At eã deſpõde mihi. Eu. at nihil eſt dotis, quod dẽ. Me.*
*(ne duis,*

*Dummodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.*

*Eu. Eò dico, ne me theſaurum repperiſſe cenſeas.*

*Me. Noui, ne doceas, deſponde. Eu. fiat. ſed prò Iuppiter,*

*Non ego diſperij? Me. quid tibi eſt? Eu. quid crepuit*
*(quaſi ferrũ modo.*

*Me. hic apud me hortũ cõfodere iuſsi. Sed vbi hic eſt homo?*

*Abijt, neq; me certiorem fecit, faſtidit mei.*

*Quia videt me ſuã amicitiã velle, more hominũ facit.*

*Nam ſi opulentus it petitũ pauperioris gratiam,*

*Pauper metuit congredi, per metũ male rem gerit:*

Idem quando illæc occaſio perit, poſt ſero cupit.

Me. Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominē idoneū,

Quem ſenecta ætate ludos facias, haud merito meo.

Eu. Neq; edepol Megadore, facio neq; ſi cupiam, copia eſt.

Me. Quid? nūc etiā mihi deſpōdes filiam? Eu. illis legibus,

Cū illa dote, quā tibi dixi. Me. ſpōden' ergo? Eu. ſpōdeo.

Iſtuc di beneuortāt. Me. ita faxint. Eu. illud facito vt memineris

Conueniſſe, vt ne quid dotis mea ad te afferret filia.

Me. Memini. Eu. at ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier.

Pactū non pactū eſt, non pactū pactū eſt, quod vobis lubet.

Me. Nulla controuerſia mihi tecum erit: ſed nuptias

Hodiè quin facimus, num quæ cauſa eſt? Eu. immo
(edepol optume.

Me. Ibo igitur, parabo, nũqd me vis? Eu. iſtuc fiet, vale.

Me. Heus Strobile, ſequere ꝑpere me ad macellũ ſtrenue.

Eu. Illic hinc abijt. Di immortales, obſecro aurum quid
(valet?

Credo ego iam illũ inaudiſſe mihi eſſe theſaurũ domi:

Id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinauit gratia.

## Euclio Senex. Staphyla Anus.

Eu. Vbi tu es quæ deblateraſti iam vicinis omnibus,

Meæ me filiæ daturum dotem? heus Staphyla te voco.

Ecquid audis? vaſcula intus pure propera, atque elue,

Filiã deſpondi ego hodie, huic nuptũ Megadoro dabo.

Sta. Di bene vortãt. verum ecaſtor non poteſt, ſubitum (eſt nimis.

Eu. Tace atq; abi curata fac ſint, quũ à foro redeã domũ.

Atq; occlude ædes: iã ego hic adero. Sta. quid ego nũc agã?

Ibo intro, vt hæc quæ imperauit, facta cũ veniat ſiẽt.

Nam ecaſtor malum mærorẽ metuo ne miſtum bibã.

## Strobilus ſeruus, Anthrax, Congrio Coqui.

Str. Poſtquam obſonauit herus, & conduxit coquos,

Tibicinasq; hasce apud forum, & dixit mihi,

*Vt diſpartirem obſonium hic bifariam,*

*Nam nuptias hodie faciet. Co. cuius ducit filiam?*

*Str. Vicini huius Euclionis ſenis è proximo.*

*Ei adeò obſonij hinc dimidium iuſsit dari,*

*Cocum alterum, itidemq; alteram tibi cinam.*

*Co. Nempe huic dimidium ducis, dimidium domi?*

*Str. Sicut dicis. Co. quid hic non poterat de ſuo*

*Senex obſonari filiæ in nuptijs?*

*Str. Vah. Co. quid negotij eſt? Str. quid negotij ſit ro-*
*(gas?*

*Pumex nõ æquè eſt aridus atq; hic eſt ſenex.*

*Co. Ain tandem ita eſſe vt dicis? Str. tute exiſtima*

*Suam rem peryſſe, ſeq; eradicarier,*

*Quin diuum atque hominum clamat continuo fidem,*

*De ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras.*

*Quin cum it dormitum follem obſtringit ob gulam.*

*Co. Cur? Str. ne quid animæ forte amittat dormiens.*

*Hæc te mihi, ſicut tibi me æquum eſt credere.*

*Co. Immo equidem credo. Str. At ſcin' etiam quo modo?*

*Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere.*

*Co. Cenſen' talentum magnum exorari poteſt,*

*Ab iſtoc ſene vt det, qui fiamus liberi?*

*Str. Famem hercle vtendam, ſi roges, nunquam dabit.*

*Quin ipſi pridem tonſor vngues demiſerat,*

*Colliegit, omnia abſtulit præſegmina.*

*Co. Edepol, mortalem parce parcum prædicas.*

*Cenſen' vero adeò eſſe parcum, & miſere viuere?*

*Str. Pulmentum pridem eidem eripuit miluius,*

*Homo ad prætorem plorabundus deuenit,*

*Infit ibi poſtulare, plorans, eiulans,*

*Vt ſibi liceret miluium vadarier.*

*Sexcenta ſunt, quæ memorem, ſi ſit otium.*

*Sed vter veſtrorum eſt celerior, memora mihi.*

*Con. Ego vt multo melior. Str. cocum ego nō furē rogo.*

*Con. Cocum ego dico. An. quid tu ais? Con. ſic ſum, vt (vides.*

*An. Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem,*

*Solet ire coctum. Con. tu trium literarum homo*

*Me vituperas fur. An. etiam fur trifurcifer.*

*Strobilus, Anthrax, Congrio Cocus,*

*Str. Tace nūc iam tu, atq; agnū horū vter eſt pinguior.*

*Co. Licet. Str. tu Cōgrio eum ſume actutum tibi,*

*Atq; intro abi illuc, & vos illum ſequimini.*

*Vos cæteri illuc ad nos. Co. hercle iniuria*

*Diſpertiuiſti, pinguiorem agnum iſti habent.*

*ô ſtrobile ſubdole, huccine detruſiſti me ad ſenẽ par-*
*(ciſſimũ?*

*Vbi ſi quid poſcas, ad rauim poſcas prius,*

*Quam quicquã detur. Str. Stultus & ſine gratia es.*

*Tibi recte facere quando quod facias perit.*

*Con. Qui vero? Str. rogitas? iam principio in ædibus*

*Turba iſtuc nulla tibi erit, ſiqui vti voles,*

*Domo abs te afferto, ne operam perdas poſcere,*

*Hîc apud nos magna turba, ac magna familia eſt.*

*Supellex, aurum, veſtes, vaſa argentea:*

*Vbi ſi periuerit quppiam, quod te ſcio*

*Facile abſtinere poſſe, ſi nihil obuiam eſt,*

*Dicant, Coci abſtulerunt, comprehendite,*

*Vincite, verberate, in puteum condite.*

*Horum tibi iſtic nihil eueniet, quippe qui*

*Vbi quid ſurripiat, nihil eſt. ſeq̃re hac me. Con. ſequor.*

## *Strobilus, Staphyla.*

*St. Heus Staphyla pdi ata, oſtiũ aperi. Sta. qui vocat?*

Str. Strobilus. Sta. quid vis? Str. hos vt accipias cocos,

Tibicinãq; obſoniumq; in nuptias.

Megadorus iuſsit Euclioni hæc mittere.

Sta. Cererin' Strobile iſtas facturi nuptias?

Str. Qui? Sta. quia temeti nihil allatum intelligo.

Str. At iam afferetur, ſi à foro ipſus redierit.

Sta. Ligna hîc apud vos nulla ſunt. Str. ſunt aſſeres?

Sta. Sunt pol. Str. ſunt igitur ligna, ne quæras foris.

Sta. Quid impurate, quanquam Vulcano ſtudes,

Cœnæne cauſa, aut tuæ mercedis gratia,

*Nos noſtras ædes poſtulas comburere?*

*Str. Haud poſtulo, duc iſtos intro. Sta. ſequimini.*

## *Pythodicus ſeruus.*

*Curate, ego interuiſam quid faciant coqui,*

*Quos pol vt ego hodie ſeruem, cura maxima eſt.*

*Niſi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant,*

*Coctam inde ſurſum ſubducemus corbulis.*

*Si autem deorſum comedent, ſi quid coxerint,*

*Superi incœnati ſint, & cœnati inferi.*

*Sic verba hic facio, quaſi negotij nihil ſiet,*

*Rapacidarum vbi tantum ſiet in ædibus.*

## Euclio, Congrio.

Volui animum tandem confirmare hodie meum,
Vt bene haberem meæ me filiæ in nuptijs.
Venio ad macellum, rogito piſces, indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia:
Atq; eò fuerunt cariora, æs non erat.
Abeo illinc iratus, quoniam nihil eſt qui emam.
Ita illis impuris omnibus adij manum.
Deinde egomet mecum cogitare inter vias

Occepi, feſto die ſi quid prodegeris,
Profeſto egere liceat, niſi peperceris.
Poſtquam hanc rationem cordi, ventriq; edidi,
Acceßit animus ad meam ſententiam,
Quàm minimo ſumptu filiam vt nuptum darem.
Nunc tuſtulum emi, & haſce coronas floreas,
Hæc imponentur in foco noſtro lari,
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Sed quid ego apertas ædes noſtras conſpicor?
Et ſtrepitus eſt intus, numnam compilor miſer?

Con. Aulam maiorem ſi potes vicini

Pete: hæc eſt parua, capere non quit. Eu. hei mihi,

Perij hercle, aurum rapitur, aula quæritur.

Nimirum occidor, niſi ego intro huc propero currere.

Apollo quæſo ſubueni mihi, atq; adiuua,

Confige ſagittis fures theſaurarios.

Cui in re tali iam ſubueniſti ante id hac.

Sed ceſſo prius, quàm prorſus perij currere.

## Anthrax.

Domo deſquama piſcis, tu Macherio

Congrum murenam exdorſua, quantum potes,

Atq; omnia dum abſum hinc exoſſata facſient.

Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto

A Congrione: ſed quid clamoris oritur hinc ex proximo?

Coqui hercle, credo, faciunt officium ſuum.

Fugiam intrò, ne quid hic turbæ fiat itidem.

## Congrio.

Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes,

Date viã qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant.

Neq; ego vnquã niſi hodie ad Bacchas veni in Bacchanal

Ita me miſerũ & meos diſcipulos fuſtibus male cõtu-
(derunt.

Totus doleo, atq; oppido perij, ita me iſte habuit ſenex,
(gymnaſium.

At at perij hercle ego miſer, aperitur bacchanal, adeſt.

Sequitur, ſcio quã rẽ gerã, hoc ipſius magiſter me do-
(cuit.

Neq; ligna ego vſquã gentiũ præberi vidi pulchrius,

Itaq; omnis exegit foras, me atq; hos onuſtos fuſtibus.

## Euclio Senex, Congrio.

Eu. Redi, quò fugis nũc? tene, tene. Cõ. quid ſtolide cla-
(mas?

Eu. Quia ad triſuiros iã ego deferã tuũ nomẽ. Cõ. quã
(ob rem?

Eu. Quia cultrũ habes. Con. cocũ decet. Eu. quid cõmina-
(tus

*Mihi? Cō. iſtuc malefactũ arbitror, quia nō latus fodi.*

*Eu. Homo nullus eſt te ſceleſtior qui viuant hodie,*

*Neq; cui ego de induſtria ãplius male plus lubẽs faxim.*

*Con. Pol etſi taceas, palã id quidẽ eſt, res ipſa teſtis eſt.*

*Sed quid tibi nos mẽdice homo tactio eſt? quæ res eſt?*

*Eu. Etiã rogitas? an quia minus quàm æquũ erat feci?*

*Cō. Sine, at hercle cũ malo magno tuo, ſi hocce caput ſẽtit.*

*Eu. Pol ego haud ſcio quid poſt fiet, tuũ nũc caput ſẽtit.*

*Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotij,*

*Me abſente? niſi ego iuſſerã, volo ſcire. Con. tace ergo.*

Quia venimus coctũ ad nuptias. Eu. quid tu malum (curas,

Vtrũ crudũ, an coctum edam, niſi tu mihi es tutor?

Con. Volo ſcire, ſinas, an non ſinas nos coquere hic cœnã?

Eu. Volo ſcire item ego, meæ domi mea ne ſalua futura?

Con. Vtinam mea mihi modo auferam, quæ attuli ſalua.

Eu. Me haud pœnitet, tua ne expetam? Con. ſcio: ne doce, (noui.

Quid eſt, quã ꝓhibeas nũc gratia nos coquere hĩc cœnã?

Quid fecimus? quid diximus tibi ſecus quàm velles?

Eu. Etiã rogitas ſceleſte homo, qui angulos hic omnis

Mearum ædium, & conclauiũ mihi peruiũ facitis?

Id vbi tibi erat negotium ad focum ſic adeſſes,

Non fiſsile haberes caput, merito id tibi factum eſt.

Adeò vt tu meam ſententiã iam iam noſcere poſsis,

Si ad ianuam huc acceſſeris, niſi iuſſero, propius

Ego te faciam miſerrimus mortaliũ vti ſis.

Scis iam meam ſententiam? quò abis? redi rurſum.

Con. Ita me bene amet Lauerna, te iam niſi reddi

Mihi vaſa iubes, pipulo hic differam te ante ædis.

Quid ego nũc agam? næ edepol veni huc auſpicio malo.

Nũmo ſum cõductus, plus iã medico mercede opus eſt.

## Euclio, Congrio.

Eu. Hoc q̃dē hercle quoquò ibo nũc, mecũ erit, mecũ ferã,

Neq; iſtuc in tantis periclis vnquam cõmittã vt ſiet.

Itē ſanè nunc iam intrò omnes, & coqui, & tibicinæ,

Etiam huc introduce ſi vis, vel gregem venalium.

Coquite, facite, feſtinate nunc iam quantum lubet.

Con. Temperi poſtquã impleuiſti fuſtibus iſtorum caput.

Eu. Intro abi. opera huc eſt cõducta veſtra, nõ oratio.

Cõ. Heu ſenex, pro vapulando hercle ego abs te merce- (dem petã

Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.

*Eu. Lege agito mecū, inoleſtus ne ſis, i & cœnam coque,*

*Aut abi in malū cruciatū ab ædibus. Con. abi tu modo.*

## *Euclio.*

*Illic hinc abijt. Di immortales facinus audax incipit,*

*Qui cū opulento pauper homine cœpit habere negotiū,*

*Aut rē: velut Megadorus tentat me omnibus miſerū (modis,*

*Qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſa coquos,*

*Is mea cauſa miſit, hoc qui ſurriperent miſero mihi.*

*Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,*

*Qui erat anui peculiaris perdidit peniſſimè.*

*Vbi erat hæc defoſſa, occepit ibi ſcalpurire vngulis*

*Circũ circa. quid opus eſt verbis? ita mihi pectus pe-(racuit.*

*Capio fuſtem, obtrunco gallũ, furem manifeſtariũ.*

*Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,*

*Si id palam feciſſet. exemi ex manu manubriũ.*

*Quid opus eſt verbis? facta eſt pugna in gallo gallinaceo.*

*Sed Megadorus meus affinis, eccũ incedit à foro,*

*Iã hunc nõ auſim præterire, quin cõſiſtã & colloquar.*

## *Megadorus, Euclio.*

*Me. Narraui amicis multis conſilium meum*

*De conditione hac. Euclionis filiam*

*Laudant, ſapienter factum & conſilio bono.*

*Nam meo quidem animo ſi idem faciant cæteri*

*Opulentiores pauperiorum filias*

*Vt indotatas ducant vxores domum,*

*Et multo fiat ciuitas concordior,*

*Et inuidia nos minore vtamur, quàm vtimur.*

*Et illæ malam rem metuant, quam metuunt magis.*

*Et nos minore ſumptu ſimus, quàm ſumus.*

*In maximam illuc populi partem eſt optimum.*

*In paucioris auidos altercatio eſt.*

*Quorũ animis auidis, atq; inſatietatibus*

*Neq; lex, neq; tutor capere, eſt qui poſsit, modũ.*

*Namq; hoc qui dicat, quo illæ nubent diuites*

*Dotatæ, ſi iſtud ius pauperibus ponitur,*

*Quo lubeat nubant, dũ dos ne fiat comes.*

*Hoc ita ſi fiat, mores meliores ſibi*

*Parent pro dote quos ferant, quàm nunc ferũt.*

*Ego faxim muli pretio, qui ſuperant equos,*

*Sient viliores gallicis canterijs.*

*Eu.* Ita me Di amabunt, vt ego hunc auſculto lubens.

Nimis lepidè fecit verba ad parſimoniam.

*Me.* Nulla ergo dicat, equidem dotem ad te attuli

Maiorem multo, quàm tibi erat pecunia.

Enim mihi quidem æquũ eſt purpurã atq; aurũ dari,

Ancillas, mulos, muliones, pediſequas,

Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehar.

*Eu.* Vt matronarum hic facta pernouit probè.

Moribus præfectum mulierum hunc factũ velim.

*Me.* Nunc quoquo venias, plus plauſtrorum in ædibus

*Videas, quàm ruri, quando ad villam veneris.*

*Sed hoc etiam pulchrũ eſt, præ quàm vbi ſumptus petũt.*

*Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,*

*Caupones, patagiarij, induſiarij*

*Flammearij, violarij, carinarij,*

*Aut manulearij, aut murrobathrarij,*

*Propolæ, linteones, calceolarij,*

*Sedentarij, ſutores, diabathrarij,*

*Solearij aſtant, aſtant molochinarij,*

*Petũt fullones, ſarcinatores petunt.*

*Strophiarij aſtant, aſtant ſemizonarij,*

*Iam hoſce abſolutos cenſeas, cedunt, petunt.*

*Trecenti cũ ſtant phylaciſtæ in atrijs,*

*Textores, limbolarij, arcularij, ducuntur, datur*

*Æs, iamq; hoſce abſolutos cenſeas,*

*Cum incedunt infectores crocotarij,*

*Aut aliqua mala crux ſemper eſt, quæ aliquid petat.*

*Eu. Compellarem ego illum, ni metuam ne deſinat*

*Memorare mores mulierũ, nunc ſic ſinam.*

*Me. vbi nugigerulis res ſoluta eſt omnibus,*

*Ibi ad poſtremum redit miles, æs petit.*

*Itur, putatur ratio cum argentario.*

*Impranſus miles aſtat, æs cenſet dari.*

*Vbi diſputata eſt ratio cum argentario,*

*Spes prorogatur militi in alium diem.*

*Hæc ſunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus*

*Incommoditates, ſumptusq; intolerabiles.*

*Nam quæ indo tata eſt, ea in poteſtate eſt viri.*

*Dotatæ mactant & malo & damno viros.*

*Sed eccum affinem ante ædes. quid ais Euclio?*

## Euclio, Megadorus.

*Eu.* Nimiũ lubenter edi ſermonem tuum.

*Me.* An audiuiſti? *Eu.* vſq; à principio omnia.

*Me.* Tamẽ, è meo quidem animo, aliquãto facias rectius,

Si nitidior fies in filiæ nuptijs.

*Eu.* Pro re nitorem, & gloriam pro copia:

Qui habent, meminerint ſe ſe vnde oriundi ſient.

Neq; pol Megadore mihi, neq; cuiquam pauperi,

Opinione melius res ſtructa eſt domi.

*Me.* Immo eſt, & dij faciant vti fiet diu.

Plus plusq; ſoſpitent iſtuc, quod nunc habes.

Eu. Tam hic ſcit me habere, quã egomet. anus fecit palã.

Me. Quid tu te ſolus de ſenatu ſeuocas?

Eu. Pol ego te vt accuſẽ meritò meditabar. Me. quid eſt?

Eu. Quid ſit, me rogitas? qui mihi omnis angulos

Furum impleuiſti in ædibus miſero mihi.

Qui mihi intromiſiſti in ædes quingentos cocos,

Cum ſenis manibus, genere Geryonaceo.

Præterea tibicinam,

Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet,

*Corinthienſem fontem, & Pireneum poteſt.*

*Tum obſonium autem. Me. pol vel legioni ſat eſt.*

*Etiam agnum miſi, Eu. quo quidem agno ſat ſciò*

*Magis curioſam nuſquam eſſe vllam beluam.*

*Me. Volò ex te ego ſcire qui ſit agnus curio.*

*Eu. Qui oſſa atq; pellis totus eſt, ita cura macer.*

*Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet,*

*Ita is pellucet quaſi laterna Punica.*

*Me. Cedũdum illũ ego conduxi. Eu. tũ tu idẽ optimũ eſt*

*Loces efferendum. nam iam credo mortuus eſt.*

*Me. Potare ego tecum hodie Euclio volo.*

*Eu. Non potem ego quidem mehercle. Me. at ego iuſſero*

*Cadum unum vini veteris à me afferrier.*

*Eu. Nolo hercle. nam mihi bibere decretum eſt aquam.*

*Me. Ego te hodie reddam madidum, ſi viuo, probè,*

*Tibi cui decretũ eſt bibere aquã. Eu. ſcio quã rem agat:*

*Vt me deponat vino, eam affectat viam.*

*Poſt hoc quod habeo vt commutet coloniam.*

*Ego id cauebo. nãm alicubi abſtrudam foris.*

*Ego faxo & operam, & vinum perdiderit ſimul.*

*Me. Ego niſi quid me vis, eo lauatum vt ſacruficem.*

*Eu. Edepol næ tu Aula multos inimicos habes.*

*Atq; iſtuc aurū, quod tibi concreditum eſt.*

*Nunc hoc mihi factu eſt optumum, vt ted auferam.*

*Aula in fidei phanum, ibi abſtrudam probè.*

*Fides nouiſti me, & ego te: caue ſis tibi*

*Ne tu in me mutaſsis nomen, ſi hoc concreduo.*

*Ibo ad te fretus, tua Fides fiducia.*

*Strobilus ſeruus Lyconidis.*

*Str. Hoc eſt ſerui facinus frugi, facere qđ ego perſequor,*

*Ne moræ moleſtiæq; imperium herile habeat ſibi.*

*Nam qui hero ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat,*

*In herũ matura, in ſe ſera condecet capeſſere.*

*Sin dormitet, ita dormitet ſeruũ ſe ſe vt cogitet.*

*Nã qui amãti hero ſeruitutẽ ſeruit, quaſi ego ſeruio,*

*Si herũ videt ſuperare amorẽ, hoc ſerui eſſe officiũ reor,*

*Retinere ad ſalutem: non eũ quo incũbat eò impellere.*

*Qui curabit abſtinebit cenſione bubula*

*Nec ſua opera rediget vnquàm in ſplendorem compedes.*

*Euclio ſenex, Strobilus ſeruus.*

*Eu. Tu modo caue cuiquã indicaſsis aurũ meũ eſſe iſtic, (Fides,*
*Nõ metuo ne quiſquã inueniat, ita pbe in latebris ſitũ (eſt.*
*Edepol næ illic pulchrã prædã agat, ſi quis illã inuenerit*
*Aulã onuſtã auri. verũ id te quæſo vt phibeſsis, Fides.*
*Nũc lauabo, vt rẽ diuinã faciã, ne affinem morer,*
*Quin vbi accerſat me, meam extẽplo filiam ducat domũ.*
*Vide Fides etiã atq; etiã, nũc ſaluã vt aulã abs te auferã.*
*Tuæ fidei cõcredidi aurũ, in tuo luco & fano modo eſt ſitũ.*
*Str. Di ĩmortales, qđ ego hũc hominẽ facin⁹ audio loqui?*
*Se aulam onuſtã auri abſtruſiſſe hic intus in fano Fidei.*

*Caue tu illi fidelis quæſo potius fueris, quam mihi.*

*Atq; hic pater eſt, vt ego opinor, huius, herus meus quam (amat.*

*Ibo hinc intrò, perſcrutabor fanũ, ſi inueniam vſpiam*

*Aurum, dum hic eſt occupatus: ſed ſi repperero, ô Fides,*

*Mulſi cõgialem plenam faciam tibi fideliam.*

*Id adeò tibi faciam, verum ego mihi bibam, vbi id fecero.*

## *Euclio.*

*Nõ temere eſt quod coruos cãtat mihi nũc ab læua manu,*

*Semel radebat pedibus terram, & voce grocibat ſua,*

*Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,*

*Atq; in pectus emicare,ſed ego ceſſo currere.*

## *Euclio, Strobilus.*

*Eu.Foras,foras,lūbrice,qui ſub terra erepſiſti modo,*

*Qui modo nuſquā comparebas,nūc cum cōpares,peris.*

*Ego edepol te præſtigiator miſeris iam accipiā modis.*

*Str.Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecū eſt cōmercij*
*(ſenex?*

*Quid me afflictas? quid me raptas? quā me cauſa ver*
*(beras? Eu.rogas?*

*Verberabiliſſime, etiam rogitas? nōn fur,ſed trifur?*

*(vis reddā?*
*Str.Quid tibi ſubripui? Eu.redde huc ſis.Str. quid tibi*

*Nihil equidē tibi abſtuli. Eu. at illud,quod tibi ab-*
*(ſtuleras cedo.*

Str. Hē quid agis? Eu. quid agam? auferre nō potes. Str. (quid vis tibi?

Eu. Pone hoc ſis, aufer cauillū, non ego nunc nugas ago.

Str. quid ego ponā, quin tu eloquere quicquid eſt ſuo nōie.

Nō hercle equidē quicquā ſumpſi, nec tetigi. Eu. oſtē- (de huc manus.

Str. Hē tibi oſtēdi. eccas. Eu. video, age oſtende etiā ter- (tiā.

Str. Laruæ hunc atq; intēperiæ, inſaniæq; agitant ſenē.

Facis ne iniuria mihi, an nō? Eu. fateor quia nō pen- (des maximā.

Atq; id quoq; iā fiet, niſi fatere. Str. quid fatear tibi?

Eu. Quid abſtuliſti hinc? Str. di me perdant, ſi ego tui (quicquam abſtuli.

Niue adeo abſtuliſſe vellē. Eu. agedū excute dū palliū.

*Str.* Tuo arbitratu. *Eu.* ne inter tunicas habeas. *Str.* tēta (quà lubet.

*Eu.* Vah ſceleſtus, quã benignè, vt ne abſtuliſſe intelligã.

Noui ſycophãtias. age rurſum, oſtende huc manũ

Dexterã. *Str.* hē. *Eu.* nũc læuã oſtēde. *Str.* equidē ambas profero.

*Eu.* Iã ſcrutari mitto, redde huc. *Str.* quid reddã? *Eu.* ah nugas agis.

Certe habes. *Str.* habeo ego, quid habeo? *Eu.* non dico, audire expetis.

Id meũ q̃cquid habes redde. *Str.* inſanis, ꝑſcrutatus es

Tuo arbitratu, neq; tui me quicquã inueniſti penes.

*Eu.* Mane mane, quis illic eſt, qui hic ītus alter erat tecũ (ſimul?

Perij hercle, ille nũc intus turbat, hunc ſi omitto, hic abierit.

Poſtremo iã hunc perſcrutaui. hic nihil habet, abi quò lubet.

Iuppiter te diq; oẽs pdãt. Str. haud malè agit gratias.

Eu. Ibo intrò, atq; illi ſocieno tuo iã interſtringam gulã.

Fugin hinc ab oculis? abin hinc an non? Str. abeo. Eu. caue ſis te videã.

Strobilus.

Emortuũ ego me mauelim leto malo,

Quàm non ego illi dem hodie inſidias ſeni.

Nanq; hic iam non audebit aurũ abſtrudere.

Credo referet iam ſecũ, mutabit locum.

At at foris crepuit, ſenex eccum aurũ effert foras.

Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero.

## Euclio, Strobilus.

Eu. Fidei cenſebam maximam multò fidem
Eſſe, ea ſubleuit os mihi peniſſumè,
Ni ſubueniſſet coruus, periſſem miſer.
Nimis hercle ego illum coruum ad me veniat velim,
Qui indicium fecit, vt ego illi aliquid boni
Dicam. nam quod edi tam duim, quàm perduim.
Nunc hoc vbi abſtrudam cogito ſolum locum.
Syluani lucus extra murum eſt auius,

Crebro ſalicto oppletus, ibi ſumam locum.

Certum eſt Syluano potius credam quàm Fidei.

*Str.* Euge euge, di me ſaluum, & ſeruatum volunt.

Iã ego illuc præcurrã, atq; inſcẽdã aliquã in arborẽ,

Indeq; obſeruabo aurum, vbi abſtrudat ſenex.

Quanquam hic manere herus me ſeſe iuſſerat.

Certum eſt malam rem potius quæram cũ lucro.

## Eunomia mulier, Lyconides adoleſcens.

*Ly.* Dixi tibi mater, iuxta rem mecum tenes,

Super Euclionis filia, nunc te obſecro,

*Fac mentionem cũ auũculo mater mea,*

*Reſeroq; mater, quod dudũ obſecraueram.*

*Eu. Scis tute facta velle me, quæ tu velis.*

*Et iſtuc confido, à fratre me impetraßere.*

*I hac intro mecũ gnate mi ad fratrem meũ,*

*Vt iſtuc quod tu me oras, efficiam tibi,*

*Vt iſtuc, quod me oras, impetratũ ab eo auferam.*

*Ly. I, iam ſequor te mater, ſed ſeruũ meum*

*Strobilum miror vbi ſit, quem ego me iuſſeram*

*Illic operi i nunc ego mecum cogito,*

*Si mihi dat operam, me illi iraſci iniurium eſt.*

*Ibo intrò, vbi de capite meo ſunt comitia.*

## *Strobilus.*

*Picos diuitijs, qui aureos montis colunt,*
*Ego ſolus ſupero. nam iſtos reges cæteros,*
*Memorare nolo, hominum mendicabula.*
*Ego ſum ille rex Philippus, ô lepidum diem.*
*Nam vt dudum hinc abij, multò illo adueni prior,*
*Multoq; prius me collocaui in arborem,*
*Inde expectabam, vbi aurum abſtrudebat ſenex.*

*Vbi ille abijt, ego me deorſum duco de arbore,*

*Effodio aulam auri plenam, inde ex eo loco,*

*Video recipere ſe ſenem, ille me non videt.*

*Nam ego modo declinaui paulum me extra viam.*

*At at ſenem eccum ipſum, ibo vt hoc condam domũ.*

## *Euclio Senex, Lyconides Adoleſcens.*

*Eu. Perij, interij, occidi, quo curram? quo non curram?*

*Tene, tene, quẽ? quis? neſcio, nihil video, cæcus eo, atq;*

*Equidẽ quo eã, aut vbi ſim, aut qui ſim nequeo cum (animo*

*Certum inueſtigare, obſecro vos ego mihi auxilio*

Oro, obteſtor, ſitis, & hominem demonſtretis qui eã ab-(ſtulerit.

Qui veſtitu et creta occultant ſe ſe, atq; ſedent quaſi ſint (frugi

Quid ais tu? tibi credere certum eſt. nã eſſe bonũ è vultu cognoſco.

Quid eſt? qd ridetis? noui oẽs, ſcio fures eſſe hic cõplures,

Hẽ nemo habet horũ, occidiſti, dic igit̃ quis habet, neſcis.

Heu me miſerũ miſere perij male perditus, peſſime orna(tus eo.

Tantũ gemitiq; mali moleſtiæq; hic dies mihi obtulit,

Famẽ & pauperiẽ perditiſſimus ego ſum omniũ in terra:

Nam quid mihi opus eſt vita, qui tantũ auri perdidi?

Quod cuſtodiui ſedulo, ego memet defraudaui,

*Animũq; meũ, geniũq; meũ, nunc eo alij lætificantur*

*Meo malo, & damno, p̄ti nequeo.*

*Ly. Qui nam homo hic ante ædis noſtras eiulans cõqueritur mœrens?*

## *Euclio Senex, Lyconides Adoleſcens.*

*Eu. Quis homo hic loquitur? Ly. ego ſum Eu. imo ego ſum miſer & miſere perditus,*

*Cui tãta mala, mœſtitudoq; obtigit. Ly. animo bono es.*

*Eu. Quo obſecro pacto eſſe poſſum niſi refers? Ly. quid tibi ego referam?*

*Eu. quod ſurripuiſti meum.*

*Tũ quidẽ ad Prætorẽ hercle te rapiã, & tibi ſcribã dicã.*

*Ly. Surripui ego tuũ? vnde? aut quid id eſt? Eu. ita te a- (mabit Iuppiter*

*Vt tu neſcis. Ly. niſi quidẽ tu mihi q̄d quæras, dixeris.*

*Eu. Aulam auri inquã te repoſco, quã tu confeſſus mihi,*

*Te abſtuliſſe. Ly. nec edepol ego dixi, neque feci Eu.*
*(negas?*

*Ly. Pernego, immo nec ego aurũ, neq; iſta aula quæ ſiet,*

*Scio, nec noui. Eu. illã ex Syluani luco quã abſtule-*
*(raſ, cedo,*

*I refer, dimidiam tecum potius partem diuidam.*

*Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero I vero, refer.*

*Ly. ſanus tu non es qui furem me voces. ego te Euclio*

*De aliare reſciuiſſe cenſui, quod ad me attinet.*

*Magna eſt res, quam ego tecum otioſe ſi otium eſt, cu-*
*(pio loqui.*

*Eu. Dic bona fide, tu id aurũ non ſurripuiſti? Ly. bona.*

*Eu. Neq; ſcis q̃s abſtulerit? Ly. iſtuc quoq; bona. Eu. atq̃*
*(id ſi ſcies,*

*Qui abſtulerit, mihi indicabis? Ly. faciã. Eu. neq; par-*
*(tem tibi,*

*Ab eo qui qui eſt, inde poſces, neq; furẽ excipies. Ly. ita.*

*Eu. Quid ſi fallis? Ly. tum me feciat quod volt magnus*
*(Iuppiter.*

*Eu. Sat habeo, age nũc loquere quid vis. Ly. ſi me noui-*
*(ſti minus,*

*Genere qui ſim gnatus, hic mihi eſt Megadorus auõcu*
*(lus,*

*Meus fuit pater Antimachus, ego vocor Lyconides.*

*Mater eſt Eunomia. Eu. noui genus, nunc quid vis?*
*(id volo*

*Noſcere. Ly. filiã ex te tu habes. Eu. immo eccillã domi.*

*Ly. Eã tu deſpondiſti opinor auũculo. Eu. omnẽ rem*
*(tenes.*

*Ly.* Is me nunc renunciare repudium iuſſit tibi.

*Eu.* Repudiũ rebus paratis, atq; exornatis nuptijs?

Vt illũ Di immortales oẽs Deæq;, quãtũ eſt, perduint,

Quem propter hodie auri tantũ perdidi infelix miſer.

*Ly.* Bono animo es, & benedice, nunc quæ res tibi et gna-
(ta tuæ

Bene feliciterq; vortat, ita di faxint, inquito.

*Eu.* Ita di faciãt. *Ly.* & mihi ita di faciant, audi nũc iã,

Vt gnatam tuam, vxorem mihi des.

## Strobilus, Lyconides.

*Str.* Di ĩmortales, quibus & quãtis me donatis gaudijs?

Quadrilibrẽ aulã auro onuſtam habeo, quis me eſt di-
(uitior?

*Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo, cui (di ſint propitij?*

*Ly.Certo enim ego vocem hic loquētis modo me audire viſus ſum.*

*Str.Herum ne ego aſpicio meum? Ly.video ego hūc Strobilum ſeruum meum?*

*Str.Ipſus eſt. Ly.haud alius eſt. Str.congrediar. Ly.cōtollā gradū.*

*Str.Quin ego illi me īueniſſe dico hācprædā, atq; eloquor?*

*Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atq; eloquar.*

*Reperi. Ly.quid reperiſti? Str.nō quod pueri clamitāt*

*In faba ſe reperiſſe. Ly. iam ne antē vt ſoles deludis?*

*Str Here mane eloquar, iā auſculta. Ly.age ergo loquere. Str.repperi hodie*

*Here diuitias nimias. Ly. vbi nā? Str.quadrilibrē inquā aulā auri plenā.*

*Ly. Quod ego facinus audio ex te? Str. Euclioni huic ſe-*
*(ni ſurripui.*

*Ly. Vbi id eſt aurum? Str. in arca apud me, nunc volo me*
*(emitti manu.*

*Ly. Egone te emittam manu ſcelerum cumulatiſsime?*
*(Str. abi hire, ſcio*

*Quam rẽ geras, lepide hercle animum tuũ tẽtaui, iam*

*Vt eripes apparabas. quid faceres, ſi reperiſſem?*

*Ly. Non potes probaſſe nugas, i redde aurũ. Str. reddam*
*(ego aurũ?*

*Ly. Redde inquã, vt huic reddatur. Str. Ah vnde? Ly.*
*quod modo faſsus es eſſe*

*In arca. Str. ſoleo hercle ego garrire nugas, ita loquor.*
*Ly. at ſcin'*

*Quomodo? Str. vel hercle enica nũquã hinc feres.*

¶ Finis Aululariæ deſideratur.

CONIMBRICÆ.

*Ex officina Ioannis Barreti.*

# M. ACCII PLAVTI

## CAPTEIVEI.

### Dramatis Perſonę.

| | |
|---|---|
| Ergaſilus | paraſitus |
| Hegio | ſenex |
| Ariſtophontes | |
| Lorarius | |
| Hegionis | puer |
| Philocrates | captiui |
| Philopolemus | |
| Tyndarus. | |
| Stalagmus | |
| Grex. | |

CONIMBRICÆ.

*Ex officina*

*IOANNIS BARRERII.*

*Typographi Vniuerſitatis.*

*Anno Domini 1567.*

# ARGVMENTVM

*Captus fuit in pugna Hegionis filius,*

*Alium quadrimum fugiens ſeruos vendidit.*

*Pater capteiuos commercatur alteros,*

*Tantum ſtudens vti natum recuperet.*

*Et interibi emit olim amiſſum filium.*

*Is ſuo cum domino veſte vorſa ac nomine,*

*Vt amittatur fecit, ipſus plectitur.*

*Et is reduxit captum & fugitiuum ſimul,*

*Indicio cuius alium agnoſcit filium.*

# PROLOGVS.

HOs quos videtis ſtare hìc capteiuos duos,

Illi qui aſtant, ij ſtant ambo, non ſedent.

Vos vos mihi teſteis eſtis, me verum loqui,

Senex qui hic habitat, Hegio eſt huius pater.

Sed is quo pacto ſeruiat ſuo ſibi patri,

Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis.

Seni huic fuerunt filij nati duo,

Alterum quadrimum puerum ſeruos ſurpuit,

Eumq; hinc profugiens vendidit in Alide

*Patri huiuſce. Iam hoc tenetis, optimum eſt.*

*Negat hercle ille vltimus, accedito.*

*Si non vbi ſedeas locus eſt, eſt vbi ambules,*

*Quando hiſtrionem cogis mendicarier,*

*Ego me tua cauſſa, ne erres, non rupturus ſum,*

*Vos qui poteſtis ope veſtra cenſerier,*

*Accipite reliquom, alieno vti nihil moror.*

*Fugitiuus ille, vt dixeram antè huius patri,*

*Domo quem profugiens dominum abſtulerat, vẽdidit.*

*Hic poſtquam hunc emit, dedit eum gnato ſuo*

*Peculiarem, quia quaſi vna ætas erat.*

*Hic nunc domi ſeruit ſuo patri, nec ſcit pater.*

*Enimuero Dii nos quaſi pilas homines habent.*

*Rationem habetis quomodo vnum amiſerit.*

*Poſtquam belligerant Ætoli cum Aulidis,*

*Vt in bello fit, capitur alter filius.*

*Medicus Menarchus emit ibidem in Aulide.*

*Cœpit captiuos commercarier hic alios,*

*Si quem reperire poſſet, cum quo mutet ſuum*

*Illum captiuum. hunc ſuum eſſe neſcit, qui domi eſt.*

*Et quoniam heri inde audiuit, de ſummo loco,*

*Summoque genere captum, etiam equitem alterum,*

*Nihil precio parſit, filio dum parceret,*

*Reconciliare vt facilius poſſet domum,*

*Emit hoſce de præda ambos de quæſtoribus.*

*Hiſce autem inter ſeſe hunc confinxerunt dolum,*

*Quo pacto hic ſeruos ſuum herũ hinc amittat domum.*

*Itaque inter ſe commutant veſtem & nomina.*

*Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.*

*Huius illic, hic illius hodie fert imaginem.*

*Et hic hodie expediet hanc doctè fallaciam,*

*Et ſuum herum faciet libertatis compotem,*

*Eodemque pacto fratrem ſeruabit ſuum.*

*Reducemq́; faciet liberum in patriam ad patrem*

*Imprudens, itidem vt ſæpe iam in multis locis*

*Plus inſciens quis fecit, quàm ſciens boni.*

*Sed inſcientes ſua ſibi fallacia,*

*Ita compararunt & confinxerunt dolum.*

*Itaque hi commenti de ſua ſententia*

*Vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem,*

*Ita nunc ignorans ſuo ſibi ſeruit patri.*

*Homunculi quanti ſunt, cum recogito,*

*Hæc res agetur nobis, vobis fabula.*

*Sed etiam eſt paucis quod monitos vos voluerim.*

*Profectò expediet fabulæ huic operam dare.*

*Non pertractatè facta eſt, neque item vt cæteræ.*

*Neq; ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.*

*Hic neque periurus leno eſt, nec meretrix mala*

*Neq; miles glorioſus. Etiam ne vereamini*

*Quia bellum Ætolis eſſe dixi cum Alidis,*

*Foris illic extra ſcenam fient prælia.*

*Nam hoc penè iniquum eſt comico choragio,*

*Conari deſubitò nos agere tragœdiam.*

*Proin, ſi quis pugnam expectat, lites contrahat.*

*Valentiorem nactus aduerſarium*

*Si erit, ego faciam vt pugnam inſpectet non bonam,*

*Adeò vt ſpectare poſtea omneis oderit.*

*Abeo, valete iudices iuſtiſsimi,*

*Domi belliq; duellatores optumi.*

*ERGASILVS, PARASITVS.*

NOS paraſiti planius,

Quos nunquam quiſquam neq; vocat neq; inuocat,

Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum,

Vbi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt,

Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.

Quaſi cum caletur cochleæ in occulto latent,

Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit:

Item paraſiti rebus prolatis latent

In occulto miſeri, victitant ſucco ſuo:

Dum ruri rurant, homines quos liguriant.

*Prolatis rebus paraſiti venatici*

*Sumus, quando res redierunt, moliſsici*

*Odioſicique, & multum incommodiſtici.*

*Et hic quidem hercle, niſi qui colaphos perpeti*

*Potis peraſitus, frangique aulas in caput,*

*Vel extra portam ire trigeminam ad ſaccum licet.*

*Quod mihi ne eueniat, nonnullum periculum eſt.*

*Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,*

*Ita nunc belligerant Ætoli cum Aulidis.*

*Nam Ætolia hæc eſt, illic captu'ſt in Aulide*

*Philopolemus huius Hegionis filius*

*Senis, qui hic habitat quæ ædes lamentariæ*

*Mihi ſunt, quas quotieſcunque conſpicio, fleo.*

*Nunc hic occœpit quæſtum hunc filij gratia*

*Inhoneſtum, max. alienum ingenio ſuo.*

*Homines captiuos commercatur, ſi queat*

*Aliquem inuenire, ſuum qui cum mutet filium.*

*Nunc ad eum pargam, ſed aperitur oſtium,*

*Vnde ſaturitate ſæpe ego exij ebrius.*

Hegio ſenex. Lorarius. Paraſitus Ergaſi-lus

ADuorte animum ſis tu, iſtos captiuos duos,

Here quos emi de præda, de quæſtoribus,

His indito catenas ſingularias:

Iſtas maiores, quibus ſunt vincti, demito.

Sinito ambulare, ſi foris, ſi intus volent.

Sed vti aſſeruentur magna diligentia.

Liber captiuus auis ferè conſimilis eſt.

Semel fugiendi ſi data eſt occaſio,

Satis eſt, nunquam poſt illa poſsis prændere.

*Lor. Omnes profectò liberi libentius*

*Sumus, quàm ſeruimus. He. non videre ita tu quidē.*

*Lor. Si non eſt quod dem, mè ne vis dem ipſe in pedes?*

*Heg. Si dederis, erit extemplò mihi, quod dem tibi.*

*Lor. Auis me ferè conſimilem faciam; vt prædicas.*

*Heg. Ita vt dicis. nam ſi faxis, te in caueam dabo.*

*Sed ſatis verborum eſt; cura quæ iuſſi; atque abi.*

*Par. Quod ego quidem nimis quàm cupio, vt impetret.*

*Nam ni illum recipit, nihil eſt quô me recipiam.*

*Nulla eſt iuuentutis ſpes; ſeſe omnes amant.*

*Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus,*

*cuius nunquam voltum tranquillaui gratijs.*

*Condignè eſt pater eius moratus moribus.*

*Heg. Ego ibo ad fratrem, ad alios captiuos meos.*

*Viſam ne nocte hac quippiam turbauerint,*

*Inde me continuò recipiam rurſum domum.*

*Pa. Ægrè eſt mihi hunc facere quæſtum carcerarium,*

*Propter ſui gnati miſeriam, miſerum ſenem.*

*Sed ſi vllo pacto ille huc conciliari poteſt,*

*Vel carnificinam hunc facere, poſſum perpeti.*

*He. Quis hîc loquitur? Pa. ego qui tuo mœrore maceror,*

*Maceſco, conſeneſco & tabeſco miſer.*

*Oſſa atque pellis ſum miſera macritudine.*

*Neque vnquam quicquam me iuuat quod edo domi.*

*Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.*

*He. Ergaſile ſalue. Pa. di te beneament Hegio.*

*He. Ne fle. Pa. Ego ne illũ non fleam? ego ne nõ defleã*

*Talem adoleſcentem? He. ſemper ſenſi filio*

*Meo te eſſe amicum, & illum intellexi tibi.*

*Pa. Tum deniq; homines noſtra intelligimus bona,*

*Cum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

*Ego poſtquam gnatus tuus potitu'ſt hoſtium,*

*expertus quanti fuerit nunc deſidero.*

*Heg. Alienus cũ eius incommodum tam ægrè feras,*

*Quid me patrem par facere eſt? cui ille eſt vnicus.*

*Par. Alienus ego? alienus ille? ah Hegio,*

*Nunquam iſtuc dixis, neq; animum induxis tuum.*

*Tibi ille vnicu'ſt, mihi eſt vnico magis vnicus.*

*Heg. Laudo, malum cum amici tuum ducis malum.*

*Nũc habe animũ bonũ. Pa. eheu. He. huic illud dolet*

Quia nunc remiſſus eſt edendi exercitus.

Pa. Nullum ne interea nactus, qui poſſet tibi

Remiſſum, quem dixti, imperare exercitum?

Heg. Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam,

Poſtea quam captus eſt Philopolemus tuus.

Pa. Non pol mirandum eſt, fugitare hāc prouinciam,

Multis & multigeneribus opus eſt tibi

Militibus, primum dum opus eſt piſtorienſibus,

Eorum ſunt genera aliquot piſtorienſium.

Opus paniceis, opus placentinis quoque,

*Opus turdetanis, opus eſt ficedulenſibus.*

*Iam maritumi omnes milites opus ſunt tibi.*

*Heg. Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent?*

*Hic qualis imperator, nunc priuatus eſt.*

*Habe modò bonum animum. nã illũ confido domu*

*In his diebus me reconciliaſſere.*

*Nam eccum captiuum hic adoleſcentem habeo alium,*

*Prognatum genere ſummo, & ſummis diuitijs.*

*Hoc illum me mutare confido fore.*

*Par. Ita di deæq; faxint. He. ſed num quo foras*

*Vocatus ad cœnam? Par. nuſquam equidẽ quod ſciam.*

*Sed qui tu id quæris? Heg. quia mihi natali'ſt dies,*

*Propterea te vocarier ad cœnam volo.*

*Par. Facetè dictum. Heg. ſed ſi pauxillum potes*

*Contentus eſſe. Par. næ perpauxillum modò.*

*Heg. Nam iſtoc me aßiduo victu delecto domi.*

*Par. Age ſis roga. Heg. emtũ niſi qui meliorem afferet.*

*Par. Quæ mihi atq; amicis placeat conditio magis?*

*Heg Quaſi fundum vendens meis me addicã legibus.*

*Par: Profundum vendis, tu quidem haud fundum mihi.*

*Heg. Sed ſi venturus tempori. Pa. hem vel iam ociũ eſt.*

*Heg. Imodò venare leporem. nunc i, rem tenes.*

*Non meus ſcrupoſam victus commeat viam.*

*Par. Nunquam Iſtoc vinces me Hegio; ne poſtules.*

*Cum calceatis dentibus veniam tamen.*

*Heg. Aſper meus victus ſanè eſt. Par. ſentis ne eſitas?*

*Heg. Terreſtris cœna eſt. Par. ſus, terreſtris beſtia eſt.*

*Heg. Multis oleribus. Par. curato ægrotos domi.*

*Nũquid vis? Heg. venias tẽpori. Par. memorẽ mones.*

*Heg. ibo intro, atq; intus ſubducam ratiunculam,*

Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

Ad fratrem quò ire dixeram, mox iuero.

## Lorarij, Philocrates, Tyndarus, Captiui.

SI di immortales id voluere vos hanc ærumnā exequi,
Decet id pati æquo animo. ſi id facietis, leuior labos (erit.
Domi fuiſtis credo liberi.
Nūc ſeruitus ſi euenit, ei vos morigerari mos bonu'ſt,
Eamq; herili imperio ingenijs veſtris lenem reddere.
Indigna digna habēda ſunt herus quæ facit. Ca. ohoho.
Lor. Eiulatione haud opus eſt multa, oculis multam mi-(ſeriam additis.

*In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat.*

*(poſtea*
*Cap. At nos pudet, quia cũ cathenis ſumus. Lor. at pigeat*

*Herum noſtrum, ſi vos eximat vinculis,*

*Aut ſolutos ſinat, quos argento emerit.*

*Cap. Quid à nobis metuit? ſcimus nos*

*Noſtrum officium quod eſt, ſi ſolutos ſinat.*

*Lor. At fugam fingitis, ſentio quam rem agitis.*

*(apage haud nos id deceat,*
*Cap. Nos fugiamus? quo fugiamus? Lor. in patriam. Ca.*

*(hortor.*
*Fugitiuos imitari. Lo. imò edepol ſi erit occaſio, nõ de*

*Cap. Vnum exorare vos ſinite nos. Lo. quid nã id eſt? Ca.*
 *(vt ſine his arbitris*

*Atq; vobis;nobis detis locum loquendi.*

*Lor.Fiat,abſcedite hinc,nos cōcedamus huc. Sed breuem (orationē incipeſſe.*

*Ph.Hē iſtuc mihi certū erat,cōcedo huc. Lo abite ab iſtis. (Tyn.obnoxij ambo*

*Vobis ſumus propter hanc rem,cū quod volumus nos*

*Copia eſt,ea facitis nos compotes.*

*Secede huc nunciam,ſi videtur,procul,*

*Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant:*

*Neue permânet palàm hæc noſtra fallacia.*

*Nam doli non doli ſunt,niſi aſtu colas:*

*Sed malum maximum, ſi id palàm prouenit.*

*Nã ſi herus mihi es tu, atq; ego me tuũ eſſe ſeruũ aſſi-* (*milo:*

*Tamẽ viſo opu' ſt, cauto eſt opus, vt hoc ſobriè ſine ar-* (*bitris*

*Accuratè hoc agatur, doctè & diligenter.*

*Tanta incepta res eſt, haud ſomniculoſe hoc*

*Agendum eſt. Tyn. ero vt me voles eſſe. Phi. ſpero.*

*Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,*

*Carum offerre meum caput vilitati.*

*Tyn. Scio. Phi. at ſcire memento, quãdo id quod voles ha-* (*bebis.*

*Nã ferè maxima pars, morẽ hũc homines habẽt, quòd* *ſibi volunt,*

*(bent,*
*Dũ id impetrãt, boni ſunt: ſed id vbi iã penes ſeſe ha-*

*Ex bonis peſſumi & fraudulentiſsimi.*

*Sunt. nunc vt te mihi volo eſſe, autumo.*

*Tyn. Quod tibi ſuadeo, ſuadeam meo patri.*

*Phi. Pol ego ſi te audeam, meum patrem nominem.*

*Nam ſecundum patrem tu es pater proximus.*

*(moneo.*
*Tyn. Audio. Phi. & propterea ſæpius te vt memineris*

*(te hoc vnum,*
*Non ego herus tibi, ſed ſeruus ſum. nunc obſecro*

*Quoniã di immortales animum oſtenderunt ſuum,*

*Vt qui herũ me tibi fuiſſe atq; eſſe conſeruum velint.*

*Quod antehac iure imperitabã meo, nũc oro ꝑ precẽ,*

*Per fortunã incertã, & per meã te erga bonitatẽ patris,*

*Perq́ cõſeruitiũ commune, quod hoſtica euenit manu,*

*Ne me ſecus honore honẽſtes, quàm cũ ſeruibas mihi.*

*Atq́ vt qui fueris, & qui nũc ſis, meminiſſe vt memi (neris.*

*Tyn. Scio quidẽ me te eſſe nũc, & te eſſe me. Ph. hẽ iſtuc ſi (potes*

*Memoriter meminiſſe, ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.*

## *Hegio, Philocrates, Tyndarus.*

*He. Iã ego reuertar intus, ſi ex his quæ volo inquiſiuero.*

*Vbi ſunt iſti, duos ante ædis iuſſi huc produci foras?*

*Phi. Edepol tibi ne in quæſtione eſſemus cautũ intelligo,*

*Ita vinclis cuſtodijsq; circummœniti ſumus.*

*Heg. Qui cauet ne decipiatur, vix cauet cũ etiã cauet.*

*Etiam cum cauiſſe ratus, ſæpe is cautor captus eſt.*

*An verò non iuſta cauſa eſt, vt vos ſeruem ſedulò,*

*Quos tam grandi ſim mercatus præſenti pecunia?*

*Phi. Neq; pol tibi nos, quia nos ſeruas, æquũ eſt vitio vor (tere:*

*Neq; te nobis, ſi abeamus hinc, ſi fuat occaſio.*

*He. Vt vos hic, itidẽ illic apud vos meus ſeruatur filius*

*Phi. Captus eſt? He. ita. Ph. nõ igitur nos ſoli ignaui fui (mu*

*Heg. Secede huc. nam ſunt ex te quæ ſolo ſcitari volo.*

*Quarũ rerũ te falſiloquũ mihi eſſe nolo. Phi. nõ ero,*

*Quod ſciam. ſi quid neſciui, id neſcium tradam tibi,*

*Tyn. Nunc ſenex eſt in tonſtrina, nũc iã cultros attinet.*

*Ne id quidẽ inuolucre inijcere voluit, veſtẽ vt ne in- (quinct.*

*Sed vtrum ſtrictim ne attonſurũ dicã eſſe, an per pec- (tinem,*

*Neſcio: verùm ſi frugi eſt, vſque admutilabit probè.*

*He. Quid tu? ſeruus ne eſſe an liber mauelis? memora mi- (hi.*

*Ph. Proximum quod ſit bono; quodque à malo lõgiſſimè,*

*Id volo. quanquam non multum fuit moleſta ſeruitus:*

*Nec mi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius.*

*Tyn. Euge pol Thalem talento non emam Mileſium.*

*Nam ad ſapientiam huius ille nimius nugator fuit.*

*Vt facetè orationem ad ſeruitutem contulit?*

*Heg. Quo de genere natu'ſt illic Philocrates. Phi. Poly- (pluſio,*

*Quod genus illic vnum eſt pollens atq; honoratiſſimũ.*

*Heg. Quid ipſus hic? quo honore eſt illic? Ph. ſummo, atq; (à ſummis viris.*

*Heg. Tũ igitur ei cũ in alijs tãta gratia eſt, ut prædicas,*

*Quid diuitiæ ſunt ne optumæ? Phi. vnde excoquat (ſeuũ ſenex.*

*Heg. Quid pater, viuit ne? Phi. viuũ cũ inde abijmus, li (quimus.*

*At nūc viuat, nec ne, id orcum ſcire oportet ſcilicet.*

*Ty. Salua res eſt, philoſophatur quoq; nō mēdax modò eſt.*

*Heg. Quod erat ei nomen? Phi. Theſaurochryſonicochry- (ſides.*

*Heg. Videlicet propter diuitias inditū id nomē quaſi eſt.*

*Phi. Immò edepol propter auaritiā ipſius, atq; audaciam.*

*Nā ille quidē Theodoromedes fuit germano nomine.*

*Heg. Quid tu ais, tenax ne pater eius eſt? Phi. imô edepol (pertinax.*

*Quin etiam vt magis noſcas, genio ſuo vbi quando (ſacruficat,*

*Ad rem diuinam quibus eſt opus Samijs vaſis vtitur,*

*Ne ipſe genius ſurripiat, proinde alijs vt credat vide.*

*Heg. Sequere hàc me igitur, eadem ego ex hoc quæ volo (exquæſiuero.*

*Philocrates hic fecit hominē frugi vt facere oportuit.*

*Nā ego ex hoc quo genere gnat⁹ ſis ſcio, hic faſſu'ſt mi (hi*

*Hæc tu eadem ſi confiteri vis, tua è re feceris.*

*Quæ tamē ſcito ſcire me ex hoc. Ty. fecit officiū hic ſuū,*

*Cum tibi eſt confeſſus verum. quanquam volui ſedulò*

*Meā nobilitatē occultare, & genus & diuitias meas.*

*Hegio, quando patriam & libertatem perdidi,*

*Nō ego iſtūc me potius, quàm te metuere æquū cēſeo.*

*Vis hoſtilis cum iſtoc fecit meas opes æquabiles.*

*Meminicũ dicto haud audebat; facto nũc lædat licet.*

*Sed viden'? fortuna humana fingit artatq; vt lubet.*

*Me qui liber fuerã, ſeruum fecit, è ſummo infimum.*

*Qui imperare inſueuerã, nũc alterius imperio obſequor.*

*Et quidem ſi proinde vt ipſe fui imperator familiæ,*

*Habeam dominũ non verear, ne iniuſtè aut grauiter*
*(mihi imperet.*

*Hegio hoc te monitũ, niſi fortè ipſe non vis, voluerã.*

*(gnatus tuus.*
*Heg. Loquere audacter. Ty. tam ego fui antè liber, quàm*

*Tam mihi, quàm illi libertatẽ hoſtilis eripuit manus.*

*Tã ille apud nos ſeruit, quã ego nũc hic apud te ſeruio.*

*Eſt profectò Deus qui quæ nos gerimus auditq́; & (videt.*

*Is vti tu me hic habueris, proinde illũ illic curauerit.*

*Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit.*

*Quàm tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.*

*He. Memini ego iſtoc, ſed fateri n' eadẽ quæ hic faſſu'ſt (mihi?*

*Ty. ego patri meo eſſe fateor ſummas diuitias domi,*

*Meq́; ſummo genere gnatum, ſed te obſtetor Hegio,*

*Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.*

*Ne patri tametſi vnicus ſum, decere videatur magis,*

*Me ſaturum ſeruire apud te ſumtu & veſtitu tuo,*

*Potius quàm illi vbi minimè honeſtū eſt mendicātem*
*(viuere.*

*He. Ego virtute deū, & maiorū noſtrûm diues ſū ſatis.*

*Nō ego omnino lucrū omne eſſe vtile homini exiſtimo.*

*Scio ego multos iā lucrū lutulentos homines reddidit.*

*Eſt etiā vbi profectò damnū præſtet facere, quā lucrū.*

*Odi ego auarum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam.*

*Nūc hoc animū aduortito, vt ea quæ ſētio pariter ſcias.*

*Filius meus illic apud vos ſeruit captus Aulide,*

*Eū ſi reddis mihi, præterea vnum nummū ne duis.*

*Et te & hūc amittā hinc, alio pacto abire hinc nō potes.*

*Tyn.Optumũ & æquiſſimũ oras, optumusq; hominũ es (homo.*

*Sed is priuatam ſeruitutem ſeruit illi, an publicam?*

*He. Priuatã medici Menarchi. Phi. pol hic quidẽ huius (eſt cliens*

*Tam hoc quidẽ tibi in procliui, quàm imber eſt quãdo (pluit*

*Heg. Facis homo vt redimatur? Ty. Faciã: ſed te id or (Hegi*

*Heg. Quid vis, dũ ab re ne quid ores, faciã. Ty. auſcult (tũ ſcie*

*Ego me amitti donicum ille huc redierit, non poſtul*

*Verum quæſo te, vt æſtimatum hunc mihi des, qu (mittã*

*Vt is homo redimatur illi. He. immò aliũ potius miſ*

*Hinc, vbi erũt induciæ illuc tuũ qui cõueniat pat*

*Qui tua quæ tu miſeris mādata, ita vt velit, perferat.*

*Ty At nihil eſt ignotum ad illum mittere, operā luſeris.*

*Hūc mitte, hic omne tranſactū reddet, ſi illuc venerit.*

*Nec quenquam fideliorem, neq; cui plus credat, potes*

*Mittere ad eum, nec qui magis ſit ſeruos ex ſentētia.*

*Neq; adeo quoi ſuum concredat filium hodie audacius.*

*Ne vereare, meo periculo huius ego experiar fidem,*

*Fretus ingenio eius, quod me eſſe ſcit erga ſe beneuolū.*

*He. Mittam equidē iſtunc æſtimatū tua fide, ſi vis. Ty.*
*(volo,*

*Quam citiſſime poteſt, tam hoc cedere ad factū volo.*

*He. Nũ qua cauſa eſt, quin ſi ille huc non redeat, viginti (minas*

*Mihi des pro illo? Ty. optima. imò. He. ſolnite iſtunc (nũc iam,*

*Atq; vtrũq;. Ty. di tibi omnes omnia optata afferãt,*

*Cũ me tãto honore honeſtas, cũq; ex vinclis eximis.*

*Hoc quidẽ haud moleſtũ eſt, quòd collus collaria caret.*

*He. Quod bonis benefit beneficium, gratia ea granida eſt (bonis.*

*Nunc tu illũ, ſi illò es miſſurus, dice, mõſtra, præcipe,*

*Quæ ad patrẽ vis nũciari. vin' vocẽ hũc ad te? T. voca.*

## *Hegio, Philocrates, Tyndarus.*

*He. Quæ res bene vortat mihi, meoq; filio,*

*Vobiſq; volt te nouus herus operam dare*

*Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.*

*Nam ego te æſtumatum hinc dedi viginti minis.*

*Hic autem te ait mittere hinc velle ad patrem*

*Meum, vt illic redimat filium, mutatio*

*Inter me atq; illum vt noſtris fiat filijs.*

*Phi. Vtroq; vorſum rectum eſt ingenium meum.*

*Ad te atq; ad illum pro rota vti me licet.*

*Vel ego huc vel illuc vortar, quô imperabitis.*

*He. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,*

*Cum ſeruitutem ita fers, vti ferri decet.*

*Sequere hàc, hem tibi hominem. Ty. gratiã habeo tibi.*

*Quom copiam iſtam mihi & poteſtatem facis:*

*Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium,*

*Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,*

*Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.*

*Nunc ita conuenit inter me atq; hunc Tindare,*

*Vt te æſtumatum in Aulidem mittam ad patrem.*

*Si non rebitas huc, vt viginti minas*

*Dem pro te. Phi. rectè conueniſſe ſentio.*

*Nam pater expectat aut me, aut aliquem nuncium,*

*Qui hinc ad ſe veniat. Ty. Ergo animũ aduortas volo,*

*Quæ nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.*

*Ph. Philocrates vt adhuc locorum fecit, faciam ſedulò,*

*Vt potiſſimum quod in rem rectè conducat tuam,*

*Id petam, idq́; perſequar corde & animo atq; viribus.*

*Ty. Facis ita vt te facere oportet. Nunc animum aduortas (volo,*

*Omnium primum ſalutem dicito matri ac patri,*

*Et cognatis, & ſi quẽ alium beneuolentẽ videris.*

*Me hic valere & ſeruitutẽ ſeruire huic homini optumo*

*Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit & facit.*

*Ph. Iſtuc ne præcipias, facile memoria memini. Ty. tamẽ.*

*Nam quidem niſi quòd cuſtodem habeo, liberũ me eſſe (arbitrio.*

*Dicito patri, quo pacto mihi cum hoc conuenerit,*

*De huius filio. Ph. quæ memini, mora mera eſt mone(rier.*

*Ty. Vt eũ redimat, & remittat noſtrũ huc ãborũ vicem.*

*Ph. Meminero. He. at quãprimũ poteris, id in rẽ vtriq; (eſt maxume.*

*Ph. Nõ tuũ tu magis videre, quàm ille ſuũ gnatũ cupit*

*He. Meus mihi, ſuus cuiq; eſt carus. Ph. nũquid aliud vis (patri*

*Nunciari? Ty. Me hic valere, & tute audacter dicito,*

*Tyndare, inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili,*

*Neq; te commeruiſſe culpam, neq; me aduerſatũ tibi;*

*Beneq; hero geßiſſe morem in tantis ærumnis tamẽ.*

*Neq; me dunquam deſeruiſſe te, neq; factis neq; fide,*

*Rebus in dubijs egenis: hæc pater quando ſciet,*

*Tyndare, vt fueris animatus erga ſuũ gnatũ atq; ſe,*

*Nunquã erit tã auarus, quin te gratijs emittat manu.*

*Et mea opera, ſi hinc rebito, faciã vt faciat facilius.*

*Nam tua opera, & comitate, & virtute, & ſapiẽtia*

*Feciſti vt redire liceat ad parentes denuo,*

*Cũ apud hunc cõfeſſus es & genus & diuitias meas.*

*Quo pacto emiſti è vinclis tuum herum, tua ſapiẽtia.*

*Ph. Feci ego iſta vt cõmemoras: & te meminiſſe, id gra-*
*(tũ eſt mihi.*

*Meritò tibi ea euenerunt à me. nã nunc Philocrates,*

*Si ego item memorẽ quæ me erga multa feciſti bene,*

*Nox diẽ adimat. nã ſi ſeruus meus eſſes, nihilo ſecius*

*Obſequioſus mihi ſemper fuiſti. He. di voſtrã fidẽ,*

*Hominũ ingeniũ liberale, vt lacrimas excutiunt mihi.*

*Videas corde amare inter ſe, quãtis laudibus ſuũ herũ*

*Seruus collaudauit? Ph. pol iſtic haud me centeſimã*

Partẽ laudat, quã ipſe meritꝰ eſt, vt laudetur laudibus.

Heg. Ergo cum optimè feciſti, nunc adeſt occaſio,

Benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter.

Ph. Magis nõ factũ poſsũ velle, quã opera experiar perſe (qui.

Id vt ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo Hegio,

Me infidelẽ nõ futurũ Philocrati. He. probus es homo.

Ph. Nec me ſecus vnquã ei facturũ quicquã quàm memet (mihi.

Ty. Iſtæc dicta te experiri & operis & factis volo.

Et quo minus dixi de te, quàm volo, animũ aduortas (volo.

Atq; horũc verborũ cauſſa, caueto mihi iratus ſuas,

Sed te quæſo cogitato, hinc mea fide mitti domum,

Te æſtimatū, & meā eſſe vitā hic ꝑ te poſitā pignori.

Ne tu me ignores, cū ex tēplo meo & cōſpectu abeſſe-
(ris.

Quom me ſeruum in ſeruitute pro te hic dereliqueris,

Tuq; te pro libero eſſe ducas, pignus diſſeras.

Neq; des operam pro me, vt huius reducē facias filiū.

Scito te hinc minis viginti æſtimatum mittier?

Fac fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras.

Nā pater ſcio faciet, quæ illum facere oportet omnia.

Serua tibi in ꝑpetuū amicū me, atq; hūc inuētū inueni.

*Hæc per dextram tuam te dextera retinens manu*

*Obſecro, infidelior mihi ne fuas, quàm ego ſum tibi.*

*Tu hoc age, tu mihi nūc herus es, tu patronus, tu pater.*

*Tibi commēdo ſpes opesq; meas. Ph. mādauiſti ſatis.*

*Satin' habes mādata, quæ ſūt facta, ſi refero? Ty. ſatis.*

*Phi. Et tua, & tua, huc ornatus reueniam ex ſententia.*

*Nunquid aliud? Ty. vt quam primū poſsis redeas. Ph.*
*(res monet.*

*He. Sequere me, uiaticum vt dem hinc à trapezita tibi,*

*Eadē operā à prætore ſumā ſyngraphū. Ty. quem ſyn*
*graphum?*

*He. Quē hic ferat ſecū ad legionē, hinc ire huic vt liceat*
*(domum.*

*Sed te quæſo cogitato, hinc mea fide mitti domum,*

*Te æſtimatũ, & meã eſſe vitã hic ꝓ te poſitã pignori.*

*Ne tu me ignores, cũ extẽplo meo & cõſpectu abeſſeſſeris.*

*Quom me ſeruom in ſeruitute pro te hic dereliqueris,*

*Tuq; te pro libero eſſe ducas, pignus diſſeras.*

*Neq; des operam pro me, vt huius reducẽ facias filiũ.*

*Scito te hinc minis viginti æſtimatum mittier?*

*Fac fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras.*

*Nã pater ſcio faciet, quæ illum facere oportet omnia.*

*Serua tibi in ꝑpetuũ amicũ me, atq; hũc inuẽtũ inueni.*

*Hæc per dextram tuam te dextera retinens manu*

*Obſecro, infidelior mihi ne fuas, quàm ego ſum tibi.*

*Tu hoc age, tu mihi nūc herus es, tu patronus, tu pater.*

*Tibi commēdo ſpes opesq́; meas. Ph. mādauiſti ſatis.*

*Satin' habes mādata, quæ ſūt facta, ſi refero? Ty. ſatis.*

*Phi. Et tua, & tua, huc ornatus reueniam ex ſententia.*

*Nunquid aliud? Ty. vt quam primū poßis redeas. Ph. (res monet.*

*He. Sequere me, uiaticum vt dem hinc à trapezita tibi,*

*Eadē operà à prætore ſumā ſyngraphū. Ty. quem ſyngraphum?*

*He. Quē hic ferat ſecū ad legionē, hinc ire huic vt liceat (domum.*

*Tu intrò abi. Ty. bene ambulato. Ph. bene vale. He. (edepol rē meā*

*Conſtabiliui, cū illos emi de præda à quæſtoribus.*

*Expediui ex ſeruitute filium, ſi dis placet.*

*At etiā dubitaui hos homines emerē, an nō emerē, diu.*

*Seruate iſtum ſultis intus ſerui, ne quoquam pedem*

*Efferat ſine cuſtode. iam ego apparebo domi,*

*Ad fratrem modò capteiuos alios inuiſo meos.*

*Eadem percontabor, ecquis hunc adoleſcentē nouerit.*

*Sequere tu te vt ammittā, ei rei primū præuorti volo.*

## *Ergaſilus Paraſitus.*

*Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi quod edit quærit, et id ægrè (inuenit.*

*Sed ille eſt meſerior, qui & ægrè quærit, & nihil in- (uenit.*

*Ille miſerrimus eſt, qui cũ eſſe cupit, quod edit nõ habet.*

*Nam hercle ego huic diei ſi liceat oculos effodiã libẽs,*

*Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.*

*Neq; ieiunioſorem, neq; magis effertum fame*

*Vidi: nec cui minus ꝓcedat, quicquid facere occeperit.*

*Itaq; venter gutturq; reſident eſuriales ferias.*

*Ilicet paraſiticæ arti in maxumam malam crucem,*

*Ita iuuentus iam ridiculos inopesq; ab ſe ſegregat.*

*Nihil morantur iã Laconas imi ſubſellij viros,*

*Plagipatidas, quibus ſunt verba ſine penu & pecunia.*

*Eos requirunt, qui libenter cũ ederint, reddant domi.*

*Ipſi obſonant, quæ paraſitorum antè erat prouincia.*

*Neq; ridiculos iam teruncij faciunt, ſeſe omnes amãt.*

*Nã vt dudũ hinc abij, acceſſi ad adoleſcentes in foro:*

*Saluete, inquã. Quô imus, vnà inquã ad prãdiũ? atq; (illi tacẽt.*

*Quis ait hoc, aut quis ꝓfitetur inquã? quaſi muti ſilẽt.*

*Neq; me rident, vbi cœnamus inquã? atq; illi abnuũt.*

*Dico vnum ridiculum dictum, de dictis melioribus,*

*Quibus ſolebã menſtruales epulas antè adipiſcier,*

*Nemo ridet. ſcini extemplò rem de compacto geri.*

*Ne canẽ quidem irritatã voluit quiſquam imitarier.*

*Saltem: ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent.*

*Abeo ab illis, poſtquã video me ſic ludificarier.*

*Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: vna res.*

*Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearij.*

*Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.*

*Item alij paraſiti fruſtra obambulabant in foro.*

*Nunc barbarica lege certũ eſt ius meũ omne perſequi.*

*Qui concilium iniere, quo nos victu & vita phibeãt,*

*His diem dicam, irrogabo multã, vt mihi cœnas decẽ*

*Meo arbitratu dent, cũ cara annona ſit. ſic egero.*

*Nũc ibo ad portũ hinc. Eſt illic mihi vna ſpes cœnatica.*

*Si ea decollabit, redibo huc ad ſenẽ, ad cœnã aſperã.*

## *HEGIO.*

*Quid eſt ſuauius, quâm bene rẽ gerere bono publico? (ſicut ego feci heri,*

*Cũ emi hoſce homines. vbi quiſq; vident, eunt obuiã,*

*Gratulanturq́; eã rẽ: ita me miſerũ reſtitando,*

*Retinendoq́; laſſum reddiderunt.*

*Vix ex gratulando miſer iam eminebam,*

*Tādē abij ad prætorē, ibi vix requieui, rogo ſyngraphū:*

*Datur mihi, ilico dedi Tyndaro, ille abijt domū.*

*Inde ilico reuortor domum. poſtquam id actum eſt, eo*

*Protinus ad fratrē. inde abij, mei vbi ſunt alij captiui.*

*Rogo Philocratem ex Aulide ecquis omniū nouerit?*

*Tandē hic exclamat, eum ſibi eſſe ſodalem. dico eſſe eum*

*Apud me. hic extēplò orat, obſecratq́; eū ſibi vt liceat*

*Videre. iuſſi ilico hunc exolui. nunc tu ſequere me,*

*Vt quod me orauiſti, impetres, hominē vt conuenias.*

## TYNDARVS.

*Nunc illud eſt, cū me fuiſſe quā eſſe nimio mauelim,*

*Nūc ſpes, opes, auxiliaq́; â me ſegregant, ſpernūtq́ me.*

*Hic ille eſt dies, cū nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt.*

*Neq; exilium eſt, neq; adeò ſpes, quæ mihi hunc aſpellat (metū.*

*Nec mēdacijs ſubdolis mihi vſquā mantellū eſt meis.*

*Nec ſycophātijs, nec fucis vllū mantellū obuiā eſt.*

*Neq; deprecatio ꝑfidijs meis, nec malefactis fuga eſt.*

*Nec cōfidētiæ vſquā hoſpitiū eſt, nec diuerticulū dolis.*

*Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ.*

*Omnis res palàm eſt: neq; de hac re negotiũ eſt, quin malè*

*Occidam, oppetamq; peſtem heri vicem, meamq;.*

*Perdidit me Ariſtophontes hic qui intrò venit modò.*

*Is me nouit, is ſodalis Philocrati & cognatus eſt.*

*Neq; iam ſeruare Salus, ſi volt, me poteſt: nec copia eſt,*

*Niſi ſi meo aliquam corde machinor aſtutiam.*

*Quã malum quid machiner? quid cõminiſcar? maximas*

*Nugas, ineptiasq; incipiſſo, hæreo.*

## *Hegio, Tyndarus, Ariſtophontes.*

*H. Quò illũ nũc hominẽ prŏripuiſſe foràs ſe dicã ex ædib.*

Ty. Nũc enimuerò ego occidi, tũ ad te hoſtes. Tyndare, (quid loquar?

Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi

Res omnis in incerto ſita eſt. quid rebus cõfidã meis?

Vtinã te di prius perderẽt, quàm perijſti è patria tua

Ariſtophontes, qui ex parata re imparatã omnẽ facis.

Occiſa eſt hæc res, niſi reperio atrocẽ mihi aliquã aſtutiã.

He. Sequere. hẽ tibi hominẽ. adi atq; alloquere. Ty. quis homo eſt me hominũ miſerior?

Ar. Quid iſtuc eſt, qđ meos te oculos dicã fugitare Tyndare?

Proq; ignoto me aſpernari, quaſi me vnquã noueris?

Equidẽ tã ſũ ſeruus, quã tu: & ſi ego domi liber fui,

*Tu vſq. à puero ſeruitutem ſeruiuiſti in Aulide.*

*He. E depol minimè miror, ſi te fugitat, aut oculos tuos.*

*Aut ſi te odit qui iſtũ appelles Tyndarũ ꝑ Philocrate.*

*Ty. Hegio hic homo rabioſus habitus eſt in Aulide,*

*Ne tu quod iſtic fabuletur aures immittas tuas.*

*Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrẽ & patrẽ.*

*Et illic iſti qui ſputatur morbus interdum venit.*

*Proin tu ab iſtoc ꝓcul recedas. He. vltro iſtũ à me. Ar.*
*(ain' verbero?*

*Me rabioſum? atq; inſectatum eſſe haſtis meum memo*
*(ras patrẽ?*

*Et eũ morbũ mihi eſſe, vt qui me opus ſit inſputarier?*

*He. Ne verè, multos iſte morbus homines macerat.*

*Quibus inſputari ſaluti fuit, atq; alijs profuit?*

*Ar. Quid tu antẽ, etiã huic credis? He. qd ego credã huic?*
*(Ar. inſanum eſſe me.*

*Ty. Viden' tu hũc, quã inimico voltu intuetur? cõcedi op-*
*(tumum eſt.*

*Hegio, fit quod ego tibi dixi, gliſcit rabies, caue tibi.*

*He. Credidi eſſe inſanũ extẽplo, vbi te appellauit Tynda*
*(rum.*

*Ty. Quia ſuũ ipſe interdũ ignorat nomẽ, neq; ſcit q ſiet.*

*He. At etiã te ſuũ ſodalẽ eſſe aiebat. Ty. haud vidi magis.*

*Et quidem Alcmæo atq; Oreſtes & Lycurgus poſtea,*

*Vna opera mihi ſunt ſodales, qua iſte. Ar. at etiã fur-*
*(cifer*

*Malè mihi loqui audes? non ego te noui? He. pol pla-*
*(num id quidem eſt*

*Nõ nouiſſe, qui iſtũ appelles Tyndarũ pro Philocrate.*

*Q uẽ vides, cum ignoras: illũ nominas, quẽ nõ vides.*

*Ar. Immô iſte eum ſeſe ait qui nõ eſt, eſſe: & qui verò*
*(eſt, negat.*

*Ty. Tu enim repertus Philocratẽ qui ſuperes verineibio.*

*Ar. Pol ego vt rem video tu inuẽtus vera vanitudine*

*Q ui conuincas: ſed quæſo hercle agedũ aſpice ad me.*
*Ty. hem. Ar. dic modò*

*Te negas Tyndarũ eſſe? Ty. nego inquã. Ar. tun te Phi*
*locratem eſſe ais?*

*Ty. Ego inquã. Ar. tu ne huic credis? He. plus quidẽ, quã*
*(tibi aut mihi.*

*Nã ille quidem, quẽ tu hunc memoras eſſe, hodie hinc*
*(abijt Alidem*

*Ad patrẽ huius. Ar. quẽ patrẽ, qui ſeruus eſt? Ty. & tu (quidẽ*

*Seruus, & liber fuiſti, & ego me confido fore,*

*Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filium.*

*Ar. quid ais furciſer, tun' te gnatũ memoras eſſe liberum?*

*Ty. Non equidẽ me liberum, ſed Philocratẽ eſſe aio. Ar. (quid eſt?*

*Vt ſceleſtus Hegio nunc iſte ludos hic facit.*

*Nã is eſt ſeruus ipſe, neq; præter ſe vnquã ei ſeruus fuit*

*Ty. Quia tu te ipſe eges in patria, nec tibi qui viuas do- (mi eſt,*

*Omnis inueniri ſimiles tibi vis, non mirum facis.*

*Eſt miſerorũ, vt maleuolẽtes ſint, atq; inuideãt bonis.*

*Ar. Hegio videſis, ne quid tu huic temerè inſiſtas crede-*
*(re.*

*Atq; vt perſpicio profectò iam aliquid pugnæ edidit.*

*Filiũ tuũ qđ redimere ſe ait, id neutiquã mihi placet.*

*Ty. Scio te id nolle fieri: efficiã tamẽ id ego, ſi di adiuuãt.*

*Illũ reſtituam huic, hic autẽ in Aulidẽ me meo patri*

*Propterea ad patrẽ hinc amiſi Tyndarũ. Ar. quin tu te*
*(is es?*

*Neq; præter te in Aulide vllus ſeruus iſtoc nomine eſt.*

*Ty. Pergin ſeruũ me exprobrare eſſe, id quod vi hoſtili*
*(obtigit?*

*Ar. Enimuero iã nequeo contineri. Ty. heus, audin' quid*
*(ait, quin fugis?*

*Iam illic hic nos inſectabit lapidib. niſi illum iubes*

*Cōprehēdi. Ar. crucior. Ty. ardēt oculi, ſit opus Hegio.*

*Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis?*

*Atra bilis agitat hominem. Ar. at pol te, ſi hic ſapiat ſe (nex,*

*Atra pix agitet apud carnificem, tuoq; capiti illuceat.*

*Ty. Iam deliramenta loquitur, laruæ ſtimulant virum.*

*He. Quid? quid ſi hūc cōprehendi iuſſerim? Ty. Sapias (magis.*

*Ar. Crucior lapidem non habere me, vt illi maſtigiæ*

*Cerebrū excutiā, qui me inſanū verbis cōcinnat ſuis.*

*Ty. Audin' lapidem quæritare? Ar ſolus te ſolum volo*

*Hegio. He. iſtinc loquere ſiquid vis, procul tū audiā.*

*Ty.* *Namq; edepol ſi adbites propius, os denaſabit tibi*

*Mordicus.* *Ar.* *neq; pol me inſanũ Hegio eſſe creduis,*

*Neq; fuiſſe vnquã, neq; eſſe morbũ quẽ iſtic autumat.*

*Verum ſi quid metuis à me iube me vinciri, volo,*

*Dũ iſtic itidẽ vinciatur.* *Ty.* *immò enimuero Hegio,*

*Iſtic q volt vĩciatur.* *Ar.* *tace modò, ego te Philocrates*

*Falſe faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.*

*Quid mi abnutas?* *Ty.* *tibi ego abnuto? quid agat, ſi ab (ſis lõgius?*

*He.* *Quid ais? qd ſi adeã hũc inſanũ? nugas ludificabitur.*

*Garriet quõd neq; pes vnquã, neq; caput compareat.*

*Ornamēta abſunt. Aiacē hunc cū vides, ipſum vides.*

*He Nihil facio, tamen adibo. Ty. nūc ego omnino occidi.*

*Nūc ego inter ſacrum ſaxumq; ſto, nec quid faciā ſcio.*

*He. Do tibi operā Ariſtophōtes, ſi quid eſt quod me velis.*

*Ar. Ex me audibis vera, quæ nunc falſa opinare Hegio.*

*Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me inſaniam*

*Neq; tenere, neq; mihi eſſe morbum, niſi quôd ſeruio.*

*At ita me rex deorū atq; hominū faxit patriæ cōpotē,*

*Vt iſtic Philocrates non magis eſt quā aut ego aut tu.*
*(He. eho dic mihi,*

*Quis illic igitur eſt? Ar. Quē dudū dixi à prīcipio tibi.*

*Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico quin mihi*

*Et parentum & libertatis apud te deliquio ſiet.*

*He. Quid tu au? Ty. me tuũ eſſe ſeruũ, & te meũ herũ*
*(He. haud iſtuc rogo.*

*Fuiſtin' liber? Ty. fui. Ar. enimuero nõ fuit, nugas agit.*

*Ty. Quî tu ſcis? an tu fortaſſe fuiſti meæ matri obſtetrix,*

*Qui id tã audacter dicere audes? Ar. puerũ te vidi*
*(puer.*

*Ty. At ego te video maior maiorem. hẽ rurſum tibi*

*Meã rẽ non cures, ſi rectè facias. num ego curo tuam?*

*He. fuit ne huic pater theſauro Chryſonico Chryſides?*

*Ar. Nõ fuit, neq; ego iſtuc nomen vnquã audiui ante hũc*
 *(diẽ.*

*Philocrati Theodoromedes fuit pater. Ty. pereo probè.*

*Quin quieſcis dierectum cor meum, ac ſuſpende te.*

*Tu ſuſsultas, ego miſer vix aſto præ formidine.*

*He. Satin' iſtuc mihi exquiſitũ eſt fuiſse hũc ſeruum in (Aulide?*

*Neq; eſſe hunc Philocratẽ. Ar. tã ſatis, ꝙ nunquã hoc (inuenies ſecus.*

*Sed vbi is nunc eſt? He. vbi ego minimè atq; ipſus ſe (volt maximè.*

*Tum igitur ego ærumnatus deartuatus ſum miſer*

*Huius ſceleſti techinis, qui me vt lubitum eſt ducta- (uit dolis.*

*Sed vide ſis? Ar. Quin exploratũ dico & prouiſum hoc (tibi.*

*He. Certon'? Ar. Quin nihil vnquam inuenies magis hoc (certo certius*

*Philocrates iã inde vſq; amicus fuit mihi à puero puer.*

*He. Sed qua facie eſt tuus ſodalis Philocrates? Ar. dicam (tibi.*

*Macilẽto ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris,*

*Subrufus, aliquantũ criſpus, cincinnatus. He. cõuenit.*

*Ty. Vt quidẽ hercle ĩ mediũ ego hodie peſſimè pceſſerim.*

*Væ illis virgis miſeris, quæ hodie ĩ tergo moriẽtur meo.*

*He. Verba mihi data eſſe video. Ty. quid ceſſatis cõpedes*

*Currere ad me? meaq; amplecti crura, vt vos cuſtodiã?*

*Satin' me illi hodie ſceleſti captiui cæperunt dolo?*

*Illic ſeruum ſe aſſimulabat, hic ſeſe autem liberum.*

*Nucleum amiſi, reliquit pignori putàmina.*

*Ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſubleuere offucijs.*

*Hic quidẽ me nũquã irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax,*

*Ite iſtuc, atq; efferte lora. Lo. nũ lignatum mittimur?*

## *Hegio, Tyndarus, Ariſtophontes.*

*Heg.* *INijcite huic actutum manicas maſtigiæ.*

*Ty. Quid hoc eſt negotij? quid ego deliqui? He. rogas?*

*Sator, ſartorq; ſcelerum, & meßor maxume.*

*Ty. Non occatorem dicere audebas prius?*

*Nam ſemper occant prius quàm ſarriunt ruſtici.*

*He. At vt confidenter mihi contrà aſtitit.*

*Ty. Decet innocentem ſeruum atq; innoxium*

*Confidentem eſſe ſuum apud herum potiſſimum.*

*He. Aſtringite iſti ſultis vehementer manus.*

*Ty. Tuus ſum, tuas quidem vel præcidi iube.*

*Sed quid negotij eſt, quamobrem ſuccenſes mihi?*

*He. Quia me, meamq; rem, quod in te vno fuit,*

*Tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs*

*Delaceraviſti, deartuaviſtiq; opes.*

*Confeciſti omnes res ac rationes meas.*

*Ita mi exemiſti Philocratem fallacijs.*

*Illum eſſe ſeruom credidi, te liberum.*

*Ita voſmet aiebatis, itaq; nomina*

*Inter vos permutaſtis. Ty. fateor omnia:*

*Facta eſſe ita, vt tu dicis, & fallacijs.*

*Abijſſe eum abs te mea opera atq; aſtutia.*

*An, obſecro hercle te, id nunc ſuccenſes mihi?*

*He. At cum cruciatu maximo id factum eſt tuo.*

*Ty. Dum ne ob malefacta peream, parui id æſtimo.*

*Si ego hic peribo, at ille vt dixit, non redit.*

*At erit mihi hoc factum mortuo memorabile,*

*Meum herum captiuum ex ſeruitutè atq; hoſtibus*

*Reducem feciſſe liberum in patriam ad patrem,*

*Meumq́; me potius caput periculo*

*Præoptauiſſe, quàm is periret, ponere.*

*He.* *Facito ergo vt Acherunti clueas gloria.*

*Ty.* *Qui per virtutem peritat, non interit.*

*He.* *Quando ego te exemplis excruciauero peſſumis,*

*Atq; ob ſutelas tuas te morti miſero,*

*Vel te interijſſe, vel perijſſe prædicent,*

*Dum pereas nihil interdico, dicant viuere.*

*Ty. Pol ſi iſtuc faxis, haud ſine pœna feceris.*

*Si ille huc redibit, ſicut confido affores*

*Ar. Prò di immortales, nunc ego teneo, nunc ſcio*

*Quid ſit hoc negotij. meus ſodalis Philocrates.*

*In libertate eſt ad patrem, in patria bene eſt.*

*Nec eſt quiſquam mihi æquè melius cui velim.*

*Sed hoc mihi ægrè eſt, me huic dediſſe operam malam,*

*Qui nunc propter me, meaq́ verba vinctus eſt.*

*He. Vetuin' te quicquam hodie mihi falſum proloqui?*

*Ty. Vetauiſti. He. cur es auſus mentiri mihi?*

*Ty. Quia vera obeſſent illi, cui operam dabam,*

*Nunc falſa proſunt. He. at tibi oberũt. Ty. optimè eſt.*

*At herum ſeruaui, quem ſeruatum gaudeo,*

*Cui me cuſtodem addiderat herus maior meus.*

*Sed male ne id arbitrare factum? He. peſſumè.*

*Ty. At ego aio rectè, qui abs te ſeorſum ſentio.*

*Nam cogitato, ſi quis gnato tuo*

*Tuus ſeruus faxit, qualem haberes gratiam?*

*Emitteres ne, nec ne, eum ſeruum manu?*

*Eſſetne apud te is ſeruus acceptiſſimus?*

*Responde. He. opinor. Ty. cur ergo iratus mihi es?*

*He. Quia illi fuiſti, quàm mihi, fidelior.*

*Ty. Quid tu vnà nocte poſtulauiſti & die,*

*Recens captum hominem nuperum & nouitium,*

*Te perdocere, vt melius conſulerem tibi*

*Quàm illi, qui cum vnà puero ætatem exegeram.*

*He. Ergo ab eo petito gratiam iſtam. ducite,*

*Vbi ponderòſas craſſas capiat compedes.*

*Inde ibis porrò in latomias lapidarias.*

Ibi quom octonos alij lapides effodiunt,

Niſi cotidianus ſeſqui opus confeceris,

Seſcenteplago nomen indetur tibi.

Ar. Per deos atq; homines ego te obteſtor Hegio,

Ne tu iſtunc hominem perduis. He. curabitur.

Nam noctu neruo vinctus cuſtodibitur,

Interdius ſub terra lapides eximet.

Diu ego hunc cruciabo, non vno abſoluam die.

Ar. Certum ne eſt tibi iſtuc? He. non moriri certius eſt.

Abducite iſtum actutum ad Hippolytum fabrum,

*Iubete huic craſſas compedes impingier,*

*Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,*

*In lapidicinas facite deductus ſiet.*

*Atq; hunc ita velle me dicite curarier,*

*Ne qui deterius huic ſit, quàm cui peſſumè eſt.*

*Ty. Cur ego te inuito me eſſe ſaluum poſtulem?*

*Periculum vitæ meæ, ſtat tuo periculo.*

*Poſt mortem in morte nihil eſt quod metuam mali.*

*Etſi peruiuo vſq; ad ſummam ætatem, tamen*

*Breue ſpatium eſt perferundi quæ minitas mihi.*

*Vale atq; ſalue, & ſi aliter vt dicam meres.*

*Tu Ariſtophontes, de me vt meruiſti, ita vale.*

*Namq; mihi propter te hoc obtigit. He. abducite.*

*Ty. At vnum hoc quæſo, ſi huc rebitet Philocrates,*

*Vt mihi eius facias conueniundi copiam.*

*He. Periſtis, niſi hunc iam è conſpectu abducitis.*

*Ty. Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi & trudi ſimul.*

*He. Illic abductu'ſt rectà in phylacam, vt dignus eſt.*

*Ego illis captiuis alijs documentum dabo;*

*Ne talem quiſquam facinus incipere audeat.*

*Quod abſq; hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palàm.*

*Vſq; offerre natum, ſuis me ductarent dolis.*

*Nunc certum eſt nulli poſt hæc quicquam credere.*

*Satis ſum ſemel deceptus. ſperaui miſer*

*Ex ſeruitute me exemiſſe filium.*

*Ea ſpes elapſa eſt, perdidi vnum filium*

*Puerum quadrimum, quem mihi ſeruus ſurpuit.*

*Neq; eum ſeruum vnquam reppéri, neq; filium.*

*Maior potitus hoſtium eſt. quod hoc eſt ſcelus?*

*Quaſi in orbitatem liberos produxerim.*

*Sequere hac, reducam te vbi fuiſti. neminis*

*Miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.*

*Ar. Exauſpicaui ex vinculis. nunc intelligo*

*Redauſpicandum eſſe in cathenas denuò.*

## *Ergaſilus Paraſitus.*

*Er. Iuppiter ſupreme ſeruas me, measq́; auges opes.*

*Maximas opimitates, opiparasq́; offers mihi:*

*Laudem, lucrum, ludum, iocum, feſtiuitatem, ferias,*

*Pompam, penum, potationes, ſaturitatem, gaudium.*

*Nec cuiquam homini ſupplicare nunc certum eſt mihi.*

*Nã vel prodeſſe amico poſsũ, vel inimicum perdere,*

*Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerauit dies.*

*Sine ſacris hæreditatem ſum aptus effertiſsimam.*

*Nunc curſum ad ſenẽ capeſsã hunc Hegionẽ, cui boni*

*Tantum affero, quantũ ipſe adipiſci optat, atq; etiam (amplius.*

*Nunc res certa eſt eodẽ pacto, vt comici ſerui ſolent,*

*Conijciã in collũ pallium, primò ex me hanc rẽ vt audiat.*

*Speroq; me ob hunc nuncium æternũ adepturũ cibũ.*

*Hegio ſenex. Ergaſilus paraſitus.*

*He. Quanto in pectore hãc rẽ meo magis voluto,*

*Tanto mihi ægritudo auctior eſt in animo.*

*Ad illum modum ſublitum mihi os eſſe.*

*Hodie mihi, neq; id perſpicere quiui.*

*Quod cum ſcibitur per vrbem irridebor.*

*Cum extemplò ad forum aduenero, omnes loquentur:*

*Hic ille eſt ſenex ductus, qoi verba data ſunt.*

*Sed Ergaſilus eſt'ne hic procul quem video?*

*Collecto quidem eſt pallio, quid nam acturu'ſt?*

Er. *Moue abs te moram, atq; Ergaſile age hanc rem.*

*F[illegible]inor, interminorq;, ne quis mi obſtiterit obuiam:*

*Niſi quis ſat diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur.*

*Nã qui obſtiterit, ore ſiſtet. He. hic homo pugillatum (incipit.*

*Er. Facere certum eſt. proinde vt oẽs itinera inſiſtãt ſua,*

*Ne quis in hac platea negotij conferat quicquam ſui.*

*Nã meus eſt baliſta pugnꝰ, cubitus catapulta eſt mihi,*

*Humerus aries: tũ genu vt quẽq; icero, ad terrã dabo:*

*Dentilegos omnes mortales faciam, quemq; offendero.*

*He. Quæ illæc eminatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.*

*Er. Faciam vt eius diei, lociq;, meiq; ſemper meminerit.*

*Qui mihi in curſu obſtiterit, faxo vitæ is extemplò (obſtiterit ſuæ.*

*He. Quid hic homo tãtũ incipiſſit facere cũ tãtis minis?*

*Er. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur ſuam.*

*Continete vos domi, prohibete à vobis vim meam.*

*He. Mira edepol ſunt, ni hic in ventrē ſumſit cōfidētiā.*

*Væ miſero illi, cuius cibo iſte factu'ſt imperioſior.*

*Er. Tum piſtores ſcrophipaſci qui alunt furfuri ſues,*

*Quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt.*

*Eorū ſi quoiuſquā ſcropham in publico cōſpexero,*

*Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures.*

*He. Baſilicas edictiones atq; imperioſas habet.*

*Satur homo eſt, habet profectò in ventre confidentiā.*

*Er. Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos,*

*Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti cantherio,*

*Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum:*

*Eis ego ora verberabo ſurpiculis piſcarijs,*

*Vt ſciant alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.*

*Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues,*

*Qui locant cædundos agnos, & duplã agninã danũt.*

*Qui petroni nomen indunt verueci ſectario,*

*Eum ego ſi in via petronem publica conſpexero,*

*Et petronẽ & dominũ reddam mortales miſerrimos.*

*He. Euge edictiones ædilitias hic habet quidem.*

*Mirũq; adeò eſt, ni hunc fecere ſibi Aetoli agoranomũ.*

*Er. Non ego nunc paraſitus ſum, ſed regũ rex regalior,*

*Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus.*

*Sed ego ceſſo hũc Hegionem onerare lætitia ſenem?*

*Qui homine hominũ adæquè nemo viuit fortunatior.*

*He. Quæ illæc eſt lætitia, quã hic lætus largitur mihi?*

*Er. Heus vbi eſtis vos? Ecquis hoc aperit oſtium? He. hic (homo*

*Ad cœnã recipit ſe ad me. Er. aperite haſce ãbas ſores,*

*Priuſquã pultando aſſulatim foribus exitiũ affero.*

*He. Perlubet hunc hominẽ colloqui, Ergaſile. Er. Ergaſilum qui vocat?*

*He. Reſpice. Er. fortuna quod tibi nec faciet, nec facit,*

*Hoc me iubes. ſed qui eſt? He. reſpice ad me, Hegio ſum. Er. oh mihi.*

*Quãtũ eſt hominũ optumorũ, optumè in tẽpore aduenis.*

*He.Neſcio quē ad portū nactus es vbi cœnes, eo faſtidis.*

*Er.Cedo manum. He.manum? Er. manum inquam cedo (tuam actutum. He.tene.*

*Er.Gaude. He.quid ego gaudeā? Er.quia ego impero, age (gaude modò.*

*He.Pol mœrores mi anteuortūt gaudijs. Er.noli iraſcier,*

*Iā ego ex corpore exigā omnes maculas mœrorum tibi.*

*Gaude audacter. He.gaudeo, etſi nihil ſcio, qđ gaudeā.*

*Er.Benefacis, iube. He.quid iubeā? Er.ignē ingētē fieri.*

*He.Ignē ingentem? Er.ita dico, magnus vt ſit. He.quid (in eo volt vrier?*

*Tuan' cauſa me ædeis incēſurum cēſes? Er.noli iraſcier*

*Iuben' an non iubes aſtitui aulas? patinas elui?*

*Laridum atq; epulas foueri foculis feruentibus,*

*Aliū piſces præſtinatū abire? He. hic vigilās ſomniat.*

*Er. Alium porcinam, atq; agninā, & pullos gallinaceos.*

*He. Scis bene eſſe, ſi ſit vnde. Er. pernā atq; ophthalmia,*

*Horæū, ſcōbrū & trigonū, & cetum, & mollē caſeū.*

*He. Nominandi iſtorū tibi erit magis, quā edundi copia,*

*Hic apud me Ergaſile. Er. mean' me cauſa hoc cenſes (dicere?*

*He. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic ædes, ne fruſtra (ſies:*

*Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.*

*Er. Quin ita faciā, vt te cupias facere ſumtū, etſi ego vetē.*

*He. Egone? Er. tute. He. tū tu mihi igitur herus es. Er. (imò beneuolens.*

*Viu' te faciā fortunatū? He. malim, quā miſerū quidē.*

*Er.Cedo manũ.He.hẽ manũ.Er.di te oẽs adiuuãt.He.*
*(nihil ſentio.*

*Er.Non enim es in ſenticeto,eò non ſentis.ſed iube*

*Vaſa tibi pura apparatier ad rem diuinam citò,*

*Atq; agnũ afferri propriũ,pinguẽ.He.cur?Er.vt ſa-*
*(cruſices.*

*He.Cui deorũ?Er.mihi hercle.nã ego tibi nũc ſum ſum*
*(mus Iuppiter.*

*Idem ego ſum ſalus,fortuna,lux,lætitia,gaudium,*

*Proin tu deũ hũcce ſaturitate facias trãquillũ tibi.*

*He.Eſurire mihi videre.Er.mihi quidẽ eſurio,nõ tibi.*

*He.Iuppiter te diiq; perdant.Er.te hercle mihi æquum eſt*
*(gratias*

*Agere ob nuncium,tantum ego nunc porto à portu ti*
*(bi boni.*

*Nũc tu mihi places.He.abi ſtultus,poſt tẽpus venis*

*Er. Igitur olim ſi adueniſſẽ, magis tu tum iſtuc diceres.*

*Nunc hanc lætitiam accipe à me quam fero. nã filiũ*

*Tuũ modò in portu Philopolemũ viuũ, ſaluũ & ſoſpitẽ*

*Vidi in publica celoce, ibidemq́; illum adoleſcentulum*

*Aliũ vnà, & tuũ Stalagmũ ſeruũ qui aufugit domo,*

*Qui tibi ſurripuit quadrimũ puerum filiolum tuũ.*

*He. I in malã rẽ. ludis me. Er. ita me amabit ſancta ſa-*
*(turitas:*

*Hegio, itaq; ſuo me ſemper condecoret cognomine.*

*Vt ego vidi. He. meũ gnatũ? Er. tuũ gnatũ, & geniũ*
*(meum.*

*He. Et captiuũ illũ Alidẽſem? Er.* μὰ τὸν ἀπόλλω. *He.*
*(et ſeruolum*

*Meũ Stalagmũ, meũ qui gnatũ ſurripuit? Er.* νὴ τὰν
(σόραν

*He. Iamdiu? Er.* νὴ τὰν πραινέστην. *He. venit. Er.* νὴ τὰν σι-
(γνίαν.

*He. Certon'. Er.* νὴ τὰν φρουσινῶνα. *He. vide ſis. Er.* νὴ τὸ ἀλε-
(τριον.

*He. Quid tu per barbaricas vrbes iuras? Er. qa enim item*
*(aſperæ*

*Sunt, vt tuũ victũ autumabas eſſe. He. ve ætati tuæ.*

*Er. Quippe quãdo mihi nihil credis, quod ego dico ſedulò.*

*Sed Stalagmus quoius erat tũc nationis, cũ hinc abijt?*

*He. Siculus. Er. at nũc Siculus nõ eſt, Boius eſt, Boiam?*
*(terit.*

*Liberorum quærundorũ cauſa ei credo vxor data eſt.*

*He. Dic bonan' fide tu mihi iſtæc verba dixiſti? Er. bona.*

*He. Di immortales iterũ gnatus videor, ſi vera autumas.*

*Er. An tu dubium habebis, etiam ſanctè cum iurem tibi?*

*Poſtremò Hegio, ſi parua iuriurando eſt fides,*

*Viſe ad portũ. He. facere certũ eſt, tu intus cura quod (opus eſt.*

*Sume, poſce, prome quiduis, te facio cellarium.*

*Er. Nam hercle niſi mãtiſcinatus probè ero, fuſti i plectito.*

*He. Aeternum tibi dapinabo cibum, ſi vera autumas.*

*Er. Vnde id? He. à me meoq́ gnato. Er. ſponde tu iſtud. (He. ſpondeo.*

*Er. At ego tuum tibi aduenisſe filium reſpondeo.*

*He. Cura quã optumè potes. Er. bene ãbula & redãbula.*

## ERGASILVS.

*Illic hinc abijt, mihi rem ſummam credidit cibariam.*

*Di immortales iã vt ego collos prætrũcabo tergoribus.*

*Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido:*

*Quanta ſuminiabſumedo, quanta callo calamitas?*

*Quanta lanijs laſſitudo? quanta porcinarijs?*

*Nã ſi alia memorẽ, quæ ad vẽtris victũ conducũt, mora (eſt.*

*Nunc ibo ad meam præfecturam, vt ius dicam larido,*

*Et quæ pendent indemnatæ pernæ, ijs auxiliũ vt ferã.*

## PVER HEGIONIS.

*Dieſpiter te diq́; Ergaſile perdant, & ventrem tuum,*

*Paraſitosq́; omnes, & qui poſthac cœnam paraſitis dabit.*

*Clades calamitasq́; intemperies modò in noſtram aduenit (domum.*

*Quaſi lupus eſuriens, metui ne in me faceret impetum.*

*Nimisq́ hercle ego illũ malè formidabã, ita frẽdebat den- (tibus.*

*Aduenieus deturbauit totum cum carne carnarium.*

*Arripuit gladium, prætrũcat tribus tergoribus glãdia.*

*Aulas, calicesq́ omnes confregit, niſi quæ modiales erant.*

*Cocum percontabatur, poſſent ne ſeriæ ferueſcere?*

*Cellas refregit omnes intus, recluſitq́ armarium.*

*Aſſeruate iſtũc ſultis ſerui, ego ibo vt conueniã ſenem.*

*Dicam vt ſibi penũ aliud ornet, ſiquidem ſeſe vti volet.*

*Nã hic quidẽ vt adornat, aut iã nihil eſt, aut iã nihil erit.*

## *Hegio, Philopolemus, Philocra- tes, Stalagmus.*

*He. Ioui dijsq́; ago gratias meritò magnas,*

*Quom te reducem tuo patri reddiderunt,*

*Quomq́; ex miſerijs plurimis me exemerunt,*

*Quæ adhuc te carens dum hic fui ſuſtentabam.*

*Quomq́; hunc conſpicio in poteſtate noſtra,*

*Quomq́; hæc reperta eſt fides firma nobis.*

*Satis iam dolui ex animo, & cura me ſat*

*Et lacrimis maceraui. ſatis iam audiui*

*Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memoraſti.*

*Hoc agam°. Philoc. quid nũc quoniã tecũ ſeruaui fidẽ,*

*Tibiq́; hũc reducẽ in libertatẽ feci? He. feciſti vt tibi*

*Philocrates, nunquam referre gratiam poſſim ſatis,*

*Proinde vt tu promeritus de me et filio meo. Philop.* *(immò potes*

*Pater, & poteris, & ego potero, & di eam poteſtatem* *(dabunt,*

*Vt beneficium benemerenti noſtro meritò muneres,*

*Sicut tu huic potes pater mi facere meritò maxume.*

*He. Quid opu'ſt verbis? lingua nulla eſt, qua negem quic* *(quid roges.*

*Philoc. Poſtulo abs te, vt mihi illũ reddas ſeruom, quem* *(hic reliqueram:*

*Pignus pro me, qui mihi melior, quã ſibi ſemper fuit.*

*Pro benefactis eius vti ei precium poſſim reddere.*

*He. Quod benefeciſti, referetur gratia, id quod poſtulas.*

*Et id, & aliud, quod me orabis impetrabis, atq; te*

*Nolim ſuccenſere, quòd ego iratus ei feci male.*

*Philoc. Quid feciſti? He. in lapidicinas cōpeditū cōdidi,*

*Vbi reſciui mihi data eſſe verba. Philoc. væ miſero (mihi.*

*Propter meum caput labores homini euenisse optumo.*

*He. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.*

*Gratis à me, vt ſit liber abducito. Philoc. edepol Hegio*

*Facis benignè. ſed quæſo hominē vt iubeas arceſſi. He. (licet.*

*Vbi eſtis vos? ite actutum Tyndarum huc arcerſite.*

*Vos ite intrò. interibi ego ex hac ſtatua verberea volo*

*Erogitare, meo minore quid ſit factum filio.*

*Vos lauate interibi. Philop. ſequere hàc Philocrates (me intrò. Phi. ſequor.*

*He. Age tu illuc procede bone vir, lepidũ mancupiũ meũ.*

*Sta. Quid me oportet facere, vbi tu talis vir falſũ autumas.*

*Fui ego bellꝰ, lepidꝰ, bonus vir nũquã neq; frugi bonæ.*

*Neq; ero vnquã, ne tu ſpẽ ponas me bonæ frugi fore.*

*He. Propemodũ vbi loci fortunæ tuæ ſint, facile intelli-*
*(gis.*

*Si eris verax, tua ex re facies, ex mala meliuſculam.*

*Recta & vera loquere. ſed neq; verè, neq; rectè adhuc*

*Feciſti vnquã. Sta. quòd ego fatear, credin' pudeat cum*
*(autumes?*

*He. At ego faciã vt pudeat: nam in ruborẽ te totũ dabo.*

*Sta. Eia credo ego imperito plagas minitaris mihi.*

*Tãdẽ iſta aufer, dicq; quid fers, vt feras hinc qđ petis.*

*He. Satis facundus. ſed fieri dictis compendium volo,*

*Sta. Vt vis fiat. He. bene morigerus fuit puer, nunc non (decet.*

*Hoc agamus, iam animum aduorte, ac mihi quæ dicam (ediſſere.*

*Si eris verax, è tuis rebus feceris meliuſculas.*

*Sta. Nugæ iſtæc ſunt, nõ me cẽſes ſcire quid dignus ſiem?*

*He. At ea ſubterfugere potis es pauca, ſi non omnia.*

*Sta. Pauca effugiã ſcio: nã multa eueniẽt, & merito meo.*

*Quia & fugi, & tibi ſurripui filium, & eum vendidi.*

*He. Cui hõi? Sta. Theodoromedi in Aulide Polypluſio*

*Sex minis. He. prò di ĩmortales, is quidẽ hui⁹ eſt pater*

*Philocratis. Sta. quin meli⁹ noui, quã te, & vidi ſæpi⁹.*

*Serua Iuppiter ſupreme & me, & meum gnatum mihi*

*Philocrates per tuum te genium obſecro exi, te volo.*

## *Philocrates, Hegio, Stalagmus.*

*Ph. Hegio aſſũ ſi quid me vis, impera. He. hic gnatũ meũ*

*Tuo patri ait ſe vendidiſſe ſex minis in Aulide.*

*Phi. Quãdiu id factũ eſt? Sta. hic ãnus incipit viceſim'.*

*Phi. Falſa memorat. Sta. aut ego, aut tu. nam tibi quadri-*
*(mulum*

*Tuus pater peculiarem paruulum puero dedit.*

*Phi. Quid erat ei nomen, ſi vera dicis, memora dum mihi.*

*Sta. Pægnium vocitatu' ſt, poſt vos indidiſtis Tyndaro.*

*Phi. Cur ego te non noui? Sta. quia mos eſt obliuiſci homi*
*(nibus,*

*Neq; noviſſe, cuius nihil ſit faciunda gratia.*

*Phi. Dic mihi, is ne iſtic fuit, quem vendidiſti meo patri;*

*Qui mihi peculiaris datus eſt huius filius?*

*He. Viuit ne is homo? Sta. argentũ accepi, nihil curaui cæterum.*

*He. Quid tu ais? Phi. quin iſtic ipſu' ſt Tyndarus tuus filius?*

*Vt quidem hic argumenta loquitur. nã is mecũ à puero puer*

*Bene, pudiceq; educatu' ſt, vſq; ad adoleſcentiam.*

*He. Et miſer ſum & fortunatus, ſi vos vera dicitis.*

*Eò miſer ſum, quia malè illi feci, ſi gnatus meu' ſt.*

*Eheu cur ego plus, minusq; feci, quàm æquom fuit.*

*Quod male feci, crucior modò, ſi infectum fieri poſſiet.*

*Sed eccum incedit huc ornatus, audax ſuis virtutibus.*

## *Tyndarus, Hegio, Philocrates, Stalagmus.*

*Vidi ego multa ſæpe picta, quæ acherunti fierent*

*Cruciamēta: verū enimuero nulla adæquè eſt Acherūs.*

*Atq; vbi ego fui in lapicidinis, illic demum eſt locus,*

*Vbi labore laſſitudo omniſt exigunda ex corpore.*

*Nā vbi illò adueni, quaſi patricijs pueris, aut monedu (læ,*

*Aut anates, aut coturnices dantur, qui cū luſitent,*

*Itidē hæc mi aduenīēti vpupa, qui me delectet, data eſt.*

*Sed herus, eccū āte oſtiū, & her⁹ alter eccū ex Aulide*

*Redij. He. ſalue exoptate gnate mi. Tyn. hem quid gnate mi?*

*Atat ſcio cur te patrem aſsimiles eſſe & me filium,*

*Quia mihi item vt parentes lucis das tuendæ copiam.*

*Ph. ſalue Tyndare. Ty. & tu quoius cauſſa hanc ærumnam exigo.*

*Phi. At nunc liber in diuitias faxo venies. nam tibi*

*Pater hic eſt, hic ſeruus, qui te huic hinc quadrimũ ſurpuit,*

*Vendiditq́; patri meo te ſex minis. is te mihi*

*Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.*

*Illic indiciũ fecit. nã hunc ex Aulide huc reducimus.*

*Ty. Quid huius filiũ? Phi. intus eccũ fratrẽ germanũ tuũ.*

*Ty. Quid tu ais? adduxtin illum huius captiuum filium?*

*Phi. Quin inquam intus hic eſt. Ty. feciſti edepol & rectè (& bene.*

*Phi. Nunc tibi pater hic eſt, hic fur eſt tuus qui paruum (hinc te abſtulit.*

*Ty. At ego hunc grandis grandē natu ob furtū ad carnifi- (cem dabo.*

*Ph. Merit⁹ eſt. Ty. ergo edepol huic meritā mercedē dabo.*

*Sed dic oro, pater meus tu ne es? He. ego ſum gnate mi.*

*Ty Nūc ego demū in memoriam redeo, cum mecū cogito,*

*Nūc edepol demū in memoriam regredior, audiſſe me,*

*Quaſi per nebulā, Hegionē patrem meū nominarier.*

*He. Ego ſū. Ph. cōpedibus quæſo vt tibi ſit lenior filius.*

*Atq; hic grauior ſeruus. He. certum eſt principium id (præuortier.*

*Eamus intrò, vt accerſatur faber, vt iſtius compedes*

*Tibi adimã, huic dẽ. Sta. cui peculij nihil eſt, rectè fece*
*(ris.*

## *GREX.*

*Spectatores ad pudicos mores facta hæc fabula eſt.*

*Huiuſmodi paucas poetæ reperiunt comœdias,*

*Vbi boni meliores fiant. nunc vos, ſi vobis placet,*

*Et ſi placuimus, neq; odioſuimus, ſignũ hoc mittite:*

*Qui pudicitiæ eſſe voltis præmium, plauſum date.*

## *FINIS.*

# STICHVS.

*Dramatis perſonæ.*

| | |
|---|---|
| PANEGYRIS | mulier. |
| PINACIVM | mulier. |
| ANTIPHO | ſenex. |
| GELASIMVS | paraſitus. |
| CROCOTIVM | ancilla. |
| DINACIVM | puer. |
| EPIGNOMVS | |
| STICHVS | ſeruos. |
| PAMPHILIPPVS | adoleſcens. |

## ARGVMENTVM.

*SEnex caſtigat filias, quod hæ viros*

*Tam perſeuerent peregrinantis pauperes*

*Ita ſuſtinere fratres, neq; relinquere.*

*Contraq; verbis delenitur commodis.*

*Habere ſineret, quos ſemel nactæ forent.*

*Viri reueniunt opibus aucti trans mare,*

*Suam quiſq; retinet, ac Sticho ludus datur.*

## *Panegyris, Pinacium, ſorores.*

CREDO *ego miſeram fuiſſe Penelopam,*

*Soror, ſuo ex animo quæ tam vidua*

*Viro ſuo caruit: nam nos eius animum*

*De noſtris factis noſcimus, quarum viri hinc abſunt,*

*Quorumq; nos negocijs abſentum, vt æquum eſt,*

*Sollicitæ noctes & dies ſoror ſumus ſemper.*

*Pi.Noſtrum officium nos facere æquum eſt, neq;*

*Id magis facimus, quàm nos monet pietas.*

*Sed hic mea ſoror aſſis dum, multa volo tecum*

*Loqui de re viri.Pa.ſaluæ ne amabo?*

*Pi.Spero quidem, & volo: ſed hoc ſoror crucior,*

*Patrem tuum meumq; adeò vnicè qui vnus*

*Ciuibus ex omnibus probus perhibetur,*

*Eum nunc improbi viri officio vti,*

*Viris qui tantas abſentibus noſtris*

*Facit iniurias, immeritò,*

*Nosq; ab his abducere volt.*

*Hæ res vitæ me ſoror ſaturant.*

*Hæ mihi diuidiæ & ſenio ſunt.*

Pa *Neu lacruma ſoror, nec tuo id animo*

*Fac quod tibi tuus pater facere minatur.*

*Spes eſt eum melius facturum.*

*Noui ego illum, iſtæc ioculo dicit,*

*Neq; ille ſibi mereat Perſarum*

*Montes, qui eſſe aurei perhibentur,*

*Vt iſtuc faciat, quod tu metuis.*

*Tamen ſi faciat, minimè iraſci*

*Decet: neq; id immeritò eueniet.*

*Nam viri noſtri domo vt abierunt,*

*Hic tertius annus. Pi. ita vt memoras.*

*Pa. Cum ipſi interea viuant, valeant,*

*Vbi ſint, quid agant, ecquid agant,*

*Neq; participant nos, neq; redeunt.*

*Pi. An id doles ſoror, quia illi ſuum officium*

*Non colunt, cum tuum facis? Pa. ita pol.*

*Pi. Taceſis, caueſis audiam ego iſtuc*

*Caue, poſt hac ex te. Pa. nam quid iam?*

*Pi. Quia pol meo animo omnis ſapientis*

*Suum officium æquum eſt colere, & facere.*

*Quamobrem ego te hoc ſoror, tametſi es maior,*

*Moneo vt tuum memineris officium.*

*Et, ſi illi improbi ſint, atq; aliter*

*Nos faciant, quam æquum eſt: tamen pol*

*Ne quid magis ſimus omnibus obnoxiæ opibus*

*Noſtrum officium meminiſſe decet,*

*Pa. Placet, taceo: Pi. at memineris facito.*

*Pa. Nolo ego ſoror me credi eſſe immemorem viri,*

*Neq; ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.*

*Nam pol mihi grata acceptaq; huius eſt benignitas.*

*Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.*

*Neq; eſt cur nunc ſtudeam has nuptias mutarier.*

*Verum poſtremo in patris poteſtate eſt ſitum.*

*Faciendum id nobis quod parentes imperant.*

*Pi. Scio, atq; in cogitando mœrore augeor.*

*Nam propemodum iam oſtendit ſuam ſententiã*

*Pa. Igitur quæramus, nobis quid facto vſus ſit.*

## *Antipho, panegyris, Pinacium.*

*QVi manet vt moneatur ſemper ſeruos homo offi-*
*(cium ſuum,*

*Nec voluntate id facere meminit ſeruos, is habitu haud*
*(probus eſt.*

*Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibũ,*

*Qui min' meminiſtis, qđ opus ſit facto, facere in ædib'*

*Iam quidem in ſuo quicq; loco niſi erit mihi ſitũ ſupel-*
*(lectilis,*

*Cũ ego reuortar, vos monumentis cõmonefaciã bubulis.*

*Nõ homines habitare mecũ mihi hic videntur, ſed ſues,*

*Facite, ſultis, nitidæ vt ædes meæ ſint, cũ redeã domũ.*

*Iam ego domi adero, ad meã maiorem filiã inuiſo domũ.*

*Si quis me quæret, inde vocato te aliqui, aut iã egomet*
*(hic ero.*

*Pi. Quid agimus ſoror, ſi offirmabit pater aduerſum nos?*
*(Pa. Pati*

*Nos oportet quod ille faciat, cuius poteſtas plus poteſt.*

*An. Si manere hic ſeſe malint potius, quàm alio nubere,*

*Nõ faciã. quid mihi opus'ſt decurſo ætatis ſpacio, cũ eis*

*Gerere bellũ, cũ nihil quã obrẽ faciã, meruiſſe arbitrer.*

*Minimè volo turbas. ſed hoc mihi optimũ factu arbitror.*

*Principiũ ego quo pacto cum illis occipiã, id ratiocinor,*

*Vtrum ego perplexim laceſſam oratione ad hunc modũ,*

*Quaſi nũq̃ quicq̃ in eas ſimulẽ, quaſi nihil inaudiuerim,*

*Eas in ſe meruiſſe culpam, an potius tentem leniter,*

*An minaciter? ſcio litis fore, ego meas noui optumè.*

*Exorando, haud aduerſando ſumendã operam cenſeo.*

*Pi. Gratiam à patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſſere.*

*Aduerſari ſine dedecore & ſcelere ſummo haud poſſum⁹,*

*Neq; ego factura ſum, neq; tu vt facias conſilium dabo.*

*Verùm vt exoremus, noui ego noſtros, exorabili' ſt.*

*An. Sic ſaciam, aſsimulabo quaſi aliquam culpam in ſeſe (admiſerint,*

*Perplexabiliter earum hodie perpauefaciam pectora.*

*Poſt id agā igitur: deinde, vt anim⁹ me⁹ erit, faciā palā:*

*Multa ſcio faciēda verba: ibo intrò, ſed aperta eſt foris.*

*Pi. Certo enim mihi paternæ vocis ſonitus auris accidit.*

*Pa. Is eſt ecaſtor, ferre aduorſum hominē occupem⁹ oſculū.*

*Pi. Salue mi pater. An. & uos ambæ illico agite, aſsidite.*

*Pi. Oſculum. An. Sat eſt mihi oſculi veſtri. Pi. qui amabo (pater?*

*An. qa ita meæ animæ ſalſura euenit. Pi. aſsidæ hic pater.*

*An. Non ſedeo, iſtic vos ſedete, ego ſedero in ſubſellio.*

*Pi. Mane puluinum. An. bene procuras mihi, ſatis ſic ful- (tu[illegible] eſt mihi.*

*Pi.Sine pater. An.quid opus eſt? Pi. opus eſt. An. morem*
*(tibi geram, atq; hoc ſatis eſt.*

*Pi.Nũquam enim nimis curare poſſunt ſuũ parentẽ filiæ,*

*Quẽ æquius eſt nos potiorẽ habere, q̃ te? poſtidea pater*

*Viros noſtros, quib⁹ tu uoluiſti eſſe nos matres familias.*

*An.bonas vt æquũ eſt facere, facitis:cũ tñ abſentis viros*

*Perinde habetis, quaſi præſentes ſint. Pi.pudicitia ẽ pater*

*Eos magnificare, qui nos ſocias ſumſerunt ſibi.*

*An Nunquis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus?*

*Pa:Null⁹ præter nos, teq́. An.voſtrũ animũ adhiberi volo.*

*Nã ego ad vos nunc imperitus rerũ, & morũ mulierũ,*

*Diſcipulus venio ad magiſtras quib⁹ matronas moribus,*

*Quæ optumæ ſunt eſſe oportet, ſed vtraq́; vt dicat mihi.*

*Pa. Quid iſtuc eſt, quod huc exquæſitum mulierũ mores (venis?*

*An. Pol ego vxorẽ quæro , poſtquã voſtra mater mortua (eſt.*

*Pa. Facilè inuenies et peiorẽ, & peius moratam pater,*

*Quã illa fuit: meliorem neq; tu reperies, neq́; ſol videt.*

*An. At ego ex te exquiro, atq́; ex iſtac tua ſorore. Pi. edepol (pater*

*Scio vt oportet eſſe, ſi ſint ita, vt ego æquũ cenſeo.*

*An. Volo ſcire ergo vt æquum cenſes. Pi. vt per vrbẽ cum (ambulent,*

*Omnibus os obturent, ne quis meritò maledicat ſibi.*

*An. Dic viciſsim nunc iam tu. Pi. quid vis tibi dicã pater?*

*An. Vbi facillimè ſpectatur mulier quæ ingenio eſt bo*

*Pa. Cui malefaciundi eſt poteſtas, quæ ne faciat, id tẽperat.*

*An. Haud malè iſtuc, age tu altera, vtra ſit cõdito pẽſior,*

*Virginem an viduã habere? Pi. quãta mea ſapiẽtia eſt,*

*E malis multis, malũ quod minimum eſt, id minimum (eſt malum.*

*Qui poteſt mulieres vitare, vitet: vt cotidie*

*Pridie caueat, ne faciat quod pigeat poſtridie.*

*An. Quæ tibi mulier videtur multo ſapientiſſima?*

*Pa. Quæ tamen, cum res ſecundæ ſunt, ſe poterit noſcere.*

*Et illa quæ æquo animo patietur ſibi eſſe peius, q̃ fuit.*

*An. Edepol vos lepidè tentaui, voſtrumq; ingenium.*

*Sed hoc eſt quod ad vos venio, quodq; eſſe ambas conuen (tas volo.*

*Mihi autores ita ſunt amici, vt vos hinc abducā domū.*

*Pa. At enim nos, quarum res agitur, aliter autores ſumus.*

*Nam aut olim, niſi tibi placebant, non datas oportuit:*

*Aut nūc non æquū eſt abduci, pater, illiſce abſentibus.*

*An. Vos ne ego patiar cum mendicis nuptas me viuo viris?*

*Pi. Placet ille meꝰ mihi mēdicus, ſuus rex reginæ placet.*

*Idē animus eſt in paupertate, qui olim in diuitijs fuit.*

*An. Vos ne latrones & mendicos homines magnipenditis?*

*Pa. Non tu me argento dediſti, opinor, nuptum, ſed viro.*

*An. Quid illos expectatis, qui abhinc iā abierūt triennīū,*

*Quin vos capitis conditionem ex peſſima primariam?*

*Pa.* *Stultitia eſt, pater, venatum ducere inuitas canes.*

*Hoſtis eſt vxor, inuita quæ ad virum nuptum datur.*

*An.* *Certū ne eſt neutrā veſtrarū perſequi imperiū patris?*

*Pi.* *Perſequimur. nam quò dediſti nuptū, abire nolumus.*

*An.* *Bene valete, ibo atq; amicis voſtra conſilia eloquar.*

*Pa.* *Probiores credo arbitrabunt, ſi probis narraueris.*

*An.* *Curate igitur familiarem rem, vt poteſtis optume.*

*Pa.* *Nūc placet, cū rectè monſtras: nūc tibi auſcultabimus.*

*Nūc ſoror nos abeamꝰ intrò. Pi. immo interuiſā domū.*

*Si à viro tibi fortè veniet nuncius, facito vt ſciam.*

*Pa.* *neq; ego te celabo, neq; tu me celaſsis quod ſcies.*

*E hò Crocotium, i paraſitum Gelaſimum huc accerſito,*

*Tecum adduce: nã illum ecaſtor mittere ad portũ volo,*

*Si quæ fortè ex Aſia nauis heri aut hodie venerit.*

*Nam dies totos apud portum ſeruos vnus aſſidet.*

*Sed tamen volo interuiſi, propera, ac actutum redi.*

## *Paraſitus Gelaſimus, Crocotium ancilla.*

*Ge.* F*Amem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi:*

*Nam poſtquam natus ſum, ſatur nũquam fui,*

*Quam ego matri meæ refero inuitiſſimus.*

*Neq; retulit, quam ego refero meæ matri fami:*

*Nam me illa in aluo menſes geſtauit decem,*

*At ego illam in aluo geſto plus annos decem.*

*Atq; illa puerum me geſtauit paruulum,*

*Quo minus laboris illam cepiſſe exiſtimo:*

*At ego non pauxillulam in vtero geſto famem,*

*Verum hercle multo maximam & grauiſsimam.*

*Vteri dolores mihi oboriuntur cotidie.*

*Sed matrem parere nequeo, neſcio quomodo.*

*Audiui ſæpe hoc vulgo dicier,*

*Solere elephantum grauidam perpetuos decem*

*Eſſe annos, eius ex ſemine hæc certò eſt fames.*

*Nam iam complures annos vtero hæret meo.*

*Nunc ſi ridiculum hominem quæret quiſpiam,*

*Venalis ego ſum, cum ornamentis omnibus.*

*Inanimentis explementum quærito.*

*Gelaſimo nomen mihi indidit paruo pater,*

*Propter paupertatem hoc adeò nomen repperi.*

*Quia inde iam à pauxillo puero ridiculus fui.*

*Eò quia paupertas fecit, ridiculus forem.*

*Nam illa omnes artes perdocet, vbi quem attigit,*

*Per annonam caram dixit me natum pater,*

*Propterea credo nunc ego eſurio acrius.*

*Sed generi noſtro hæc reddita eſt benignitas,*

*Nulli negare ſoleo qui eſum me vocat.*

*Oratio vnà interijt hominum peſſume,*

*Atq; optima hercle meo animo, & ſcitiſsima,*

*Qua antè vtebantur, veni illò ad cœnam, ſic face,*

*Promitte verò, ne grauare, eſt commodum.*

*Volo inquam fieri, non amittam, quin eas.*

*Nunc repererunt ei verbo vicarium,*

*Nihil quidem hercle verbum ac viliſsimum,*

*Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris.*

*Ei hercle verbo lumbos defractos velim,*

*Ni verè perierit, ſi cœnaſsit domi.*

*Hæc verba ſubigunt me, mores vt barbaros*

*Diſcam, atq; vt faciam præconis compendiũ,*

*Itaq; auctionem prædicem, ipſe veneam.*

*Cr. Hic ille eſt paraſitus, quem accerſitum miſſa ſum.*

*Quæ loquitur, auſcultabo, priuſquam colloquar.*

*Ge. Sed curioſi ſunt hic quàm plures mali,*

*Alienas res qui curant ſtudio maximo,*

*Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent, ſua,*

*Ei quando quem auctionem facturum ſciunt,*

*Adeunt. perquirunt quid ſiet cauſæ illico,*

*Alienum æs cogat, an pararit prandium,*

*Vxorin'ſit reddenda dos diuortio?*

*Eos omnis, tametſi hercle haud indignos iudico,*

*Qui vt multum miſeri ſint, laborent, nihil moror.*

*Dicam auctionis cauſſam, vt animo gaudeant.*

*Nam curioſus nemo eſt, quin ſit maleuolus.*

*Ipſe egomet quamobrem auctionem prædicem,*

*Damna euenerunt maxima miſero mihi,*

*Ita me mancupia miſerum effecerunt malè,*

*Potationes plurimæ demortuæ,*

*Quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ?*

*Quot potiones mulſi, quot autem prandia?*

*Quæ inter continuum perdidi triennium.*

*Præ mœrore adeò miſer atq; ægritudine*

*Conſenui, penè ſum fame emortuus.*

*Ridiculus æquè nullus eſt, quàm quando eſurit.*

*Nunc auctionem facere decretum eſt mihi,*

*Foras neceſſum eſt quicquid habeo vendere.*

*Adeſte ſultis, præda erit præſentium.*

*Logos ridiculos vendo, agite licemini.*

*Qui cœna poſcit? ecqui poſcit prandio?*

*Hercules te amabit prandio? cœna tibi?*

*Ehem annuiſtin'? nemo meliores dabit.*

*Nullis meliores eſſe paraſitos ſinam.*

*Vel unctiones græcas, ſudatorias,*

*Vel alias malis malacas crapularias,*

*Cauillationes, aſſentatiunculas,*

*Ac periuratiunculas paraſiticas,*

*Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam,*

*Paraſitum inanem, quo recondas reliquias.*

*Hæc veniſſe iam opus eſt, quantum poteſt,*

*Vti decumam partem Herculi polluceam.*

Cr. *Ecaſtor auctionem haud magni precij.*

*Adhæſit homini ad infimum ventrem fames.*

*Adibo hominẽ. Ge. quis hæc eſt, quæ aduerſum it mihi?*

*Epignomi ancilla hæc quidem eſt Crocotium.*

*Cr. Gelaſime ſalue. Ge. non eſt id nomen mihi.*

*Cr. Certò mecaſtor id fuit nomen tibi.*

*Ge. Fuit diſertum, verùm id vſu perdidi:*

*Nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor.*

*Cr. Heu ecaſtor, riſi te hodie multũ. Ge. qñ, aut quo in loco?*

*Cr. Hic, cum auctionem prædicabis. Ge. peſſuma*

*Ehon' audiuiſti? Cr. te quidem digniſſimam.*

*Gè. Quò nunc is? Cr. ad te. Ge. quid venis? Cr. Panegyris*

*Rogare iuſſit te multo opere maximo,*

*Mecum ſimitu vt ires ad ſeſe domum.*

*Ge. Ego illò mehercule verò eo quantum poteſt.*

*Iam'ne exta coƈta ſunt, quot agnis fecerat?*

*Cr. Illa quidem nullum ſacrificauit. Ge. quomodo?*

*Quid igitur me volt? Cr. tritici modios decem*

*Rogare, opinor, te volt. Ge. me'ne vt ab ſe petam?*

*Cr. immò vt abs te mutuum nobis dares.*

*Ge. Negato eſſe quod dem, nec mihi, nec mutuum,*

*Nec aliud quicquam, niſi hoc quod habeo pallium:*

*Linguam quoq; mihi etiam eſſe venditariam.*

*Cr. Hau nulla tibi lingua eſt, quæ quidem dicat, dabo?*

*Ge.Veterem reliqui,eccam illam,quæ dicat.cedò.*

*Cr.Malum tibi di dent.Ge.hæc eadem dicit tibi.*

*Cr.Quid nunc, iturus an non? Ge.abi ſanè domum,*

*Iam illò venturum dicito, propera, atq; abi.*

*Demiror quid illæc me ad ſe accerſi iuſſerit,*

*Quæ nunquam iuſsit me ad ſe accerſi ad hunc diem,*

*Poſtquam vir abijt eius.miror quid ſiet,*

*Niſi vt periculum fiat, viſam quid velit.*

*Sed eccum Dinacium eius puerum.hoc vide*

*Satin' vt facetè,atq; ex pictura aſtitit.*

*Ne iſte edepol vinum poculo pauxillulo*

*Sæpe exanclabit ſubmecum ſcitiſsime*

## *Dinacium puer, Gelaſimus paraſitus.*

*Di.* M*Ercuri⁹ Iouis qui nũci⁹ perhibetur, nũquã æquè (patri*

*Suo nũciũ lepidũ attulit, q̃ ego nũc meæ heræ nũciabo.*

*Itaq; onuſtum pectus porto lætitia, lubentiaq́;*

*Neq; lubet, niſi glorioſe, quicquã proloqui. profecto*

*Amœnitates omniũ venerum atq; venuſtatum affero,*

*Ripisq́; ſuperat mihi atq; abundat pectus lætitia meũ.*

*Propterea Dinacium pedes hortare honeſta dicta factis.*

*Nunc tibi poteſtas adipiſcẽdi eſt gloriã, laudem, decus.*

*Heræq́; egẽti ſubueni, benefacta maiorũ tuorũ exauge.*

*Quæ miſera expectatione eſt Epigonomi aduentu viri.*

*Proinde vt decet, amat virũ ſuũ cupidè, nũc expedi Di-*
*(naciũ.*

*Age vt placet, curre vt lubet, caue quenq̃ floccifeceris.*

*Cubitis depulſa deuia, tranquillam concinna viam.*

*Si rex obſtabit obuiam, regem ipſum prius peruortito.*

*Ge. quid nam dicam Dinacium*

*Laſciuibundum tam lubenter currere?*

*Harundinem fert, ſportulamq́, & hamulũ piſcariũ.*

*Di. Sed tandem opinor æquius eſt herã mihi eſſe ſupplicẽ,*

*Atq; oratores mittere ad me, donaq́; ex auro, & quadri-*
*(gas*

*Qui vehar: nã pedibus ire non queo. ergo iam reuortar.*

*Ad me iri & ſupplicari egomet mihi cenſeo æquum.*

*An verò nugas cenſeas nihil eſſe quod ego nunc ſcio.*

*Tãtum à portu apporto bonũ, tam gaudium affero grãde.*

*Vix ipſa domina hoc, niſi ſciat, exoptare à dis audeat.*

*Nunc vltrò hoc deportem. haud placet, neq; id vero officiũ (arbitror:*

*Hic hoc videtur mihi magis meo conuenire huic nuncio,*

*Aduerſum vt veniat, obſecret ſe vt nũcio hoc impertiã.*

*Secundas fortunas decent ſuperbiæ.*

*Sed tandem cum recogito, qui potuit ſcire hæc ſcire me?*

*Nõ enim poßũ, quin reuortar, quin loquar, quin ediſertẽ.*

*Heramq; ex mœrore eximam, bene facta maiorum meum*

*Exaugeam, atq; illam augeā ex inſperato opportuno modo.*

*Contundam facta Talthybij, contemnamq; omnis nuncios.*

*Simulq; adcurſuram meditabor me ad ludos Olimpiæ.*

*Sed ſpaciū hoc occidit, breue'ſt curriculo, quā me pœnitet.*

*Quid hoc? occluſam ianuam video, ibo & pultabo fores.*

*Aperite atq; approperate, fores facite vt pateant, remouete (moram*

*Nimis hæc res ſine cura geritur, uideq̄ dudū hic ædes pulto?*

*Nō operā datis, experiar fores, an cubiti, an pedes plus va(leant,*

*Nimis vellē hæ fores herum fugiſſēt, ea cauſa vt haberent (malum.*

*Defeſſus um pultando,*

*Hoc eſt poſtremum vobis.*

*Ge.Ibo,atq; hunc compellabo.*

*Saluus ſis. Di. & tu ſalue.*

*Ge. Iam tu piſcator factus?*

*Di. Quam pridem non ediſti?*

*Ge. Vnde is, quid fers, quid feſtinas?*

*Di. Tua quod nihil refert, ne*

*Cures. Ge. quid iſtic ineſt?*

*Di. Quas tu vides colubras?*

*Ge. Quid tam iracundus? Di. ſi in te*

*Pudor aſsit, non me appelles.*

*Ge. Poſſum ſcire ex te verum?*

*Di. Potes. hodie non cœnabis.*

## *Panegyris mulier, Gelaſimus, Dinacium.*

*QVis nam obſecro has frangit fores? vbi eſt?*

*Tun' hæc facis? tun' mihi huc hoſtis venis?*

*Ge. Salue, tuo accerſitu venio huc. Pa. ean' gratia fores ef-(fringis?*

*Ge. Tuos inclama, tui delinquũt, ego qđ me velles viſebã,*

*Nã equidẽ harũ miſerebat. Di. ergo auxiliũ propere la-(tum eſt.*

*Pa. Quis nam hic loquitur tã propè nos. Di. Dinaciũ. Pa. (vbi is eſt?*

*Di. Reſpice me, & relinque agẽtem paraſitum Panegyris.*

*Pa. Dinacium. Di. iſtuc indidere nomen maiores mihi.*

*Pa. Quid agis? Di. quid agam rogitas? Pa. quid ni rogitem? (Di. quid mecum eſt tibi?*

*Pa.Men'rogas propudioſe,eloquere propere Dinacium.*

*Di.Iube me omittere igitur hos qui retinent.Pa. qui reti (nent.Di.rogas?*

*Omnia mēbra laſsitudo mihi tenet. Pa. linguam quidē*

*Sat ſcio tibi non tenere.Di.ita celeri curriculo ſui*

*Properè à portu tui honoris cauſa.Pa. ecquid apportas (boni?*

*Di.Nimio imptior multo tāta plus,q̄ ſperas.Pa.ſalua sū.*

*Di.At ego perij,cui medullam laſsitudo perbibit.*

*Ge.Quid ego cui miſero medullā vētris percipit fames.*

*Pa.Ecquē cōueniſti?Di.multos.Pa.at virum ecquem?Di. (quam plurimos.*

*Verū ex multis nequiorē nullū,q̄ hic eſt. Ge.quomodo*

*Iamdudum ego iſtum patior,dicere iniuſte mihi:*

*Præter hac ſi me irritaſsis. Di. edepol eſuries malè.*

*Ge. Animū inducā, vt iſtuc verum te elocutū eſſe abitrer.*

*D. Mūditias volo fieri, efferte huc ſcopas, ſimulq́; arūdinē,*

*Vt operā omnem aranearū perdā, et texturā improbā,*

*Deijciamq́; earū omnis telas. Ge. miſeræ algebūt poſtea.*

*Di. Quid illas itidem eſſe cenſes, quaſi te cum veſte vnica.*

*Cape illas ſcopas. Ge. capiam. Di. hoc egomet, tu hoc con-*
*(uerre. Ge. fecero.*

*D. Ecquis huc effert Naſiternā cū aqua? Ge. ſine ſuffragi-*

*Populi, tamē ædilitatē hic quidē gerit. Di. age tu oci-*

*Pinge, humum cōſperge ante ædis. Ge. faciā. Di. factu-*
*(oportu-*

*Ego hinc araneas de foribus deijciam, & de pariete,*

*Edepol rem negotioſam. Pa. quid ſit, nihil etiam ſcio,*

*Niſi forte hoſpites venturi ſunt. Di. lectos ſternite.*

*Pa. Principium placet de lectis. Di. Alij ligna cædite,*

*Alij piſces depurgate, quos piſcator attulit,*

*Pernã & glandium deijcite. Ge. hic hercle homo nimiũ*
*(ſapit.*

*Pa. Non ecaſtor, vt ego opinor, ſatis heræ morem geris.*

*Di. Immo res omnis relictas habeo, præ quod tu velis.*

*Pa. Tum tu igitur qua cauſſa miſſus es ad portũ, expedi.*

*Di. Dicam, poſtquam me miſiſti ad portũ cum luci ſimul,*

*Commodùm radioſus eſſe ſol ſuperabat ex mari.*

*Dum percontor portitores, ecquæ nauis venerit*

*Ex Aſia, negant veniſſe. conſpicatus ſum interim*

*Cercurum, quo ego me maiorem non vidiſſe cenſeo,*

*In portum vento ſecundo, velo paſſo peruenit.*

*Alius alium percontamur, cuia eſt nauis, quid vehit?*

*Interim Epignomũ cõſpicio tuũ virũ, & ſeruũ Stichũ.*

*Pa. Hem quid Epignomum elocutus? Di. tuũ virum. Pa. (& vitam meam.*

*Di. venit inq̃. Pa. tun' eũ ipſum vidiſti? Di. ita ego libens.*

*Argenti auriq; aduexit multũ. Pa. nimis factum bene.*

*Ge. Hercle vero capiam ſcopas, atq; hoc conuerram libens.*

*Di. Lanã purpuramq; multã. Ge. Ehem qui vẽtrẽ veſtiã.*

*Di. Lectos eburatos auratos. Ge. accubabo regie.*

Di. Tum Babylonica periſtromata, conſutaq́ tapetia,

Aduexit nimiū bonæ rei. Ge. hercle rem geſtam bene.

D. Poſtea vnguēta multigenerū multa. Ge. nō vēdo logos.

Iam non facio auctionem, mihi obtigit hæreditas.

Maleuoli perquiſitores auctionum perierint.

Hercules decimā eſſe adauctā tibi quā voui, gratulor.

Di. Poſt autem aduexit ſecū paraſitos. Ge. heu, perij miſer.

Di. Ridiculoſiſſimos. Ge. reuerrā hercle hoc, quod cōuerri (modò.

Pa. Vidiſtin' virū ſororis Pamphilippū? Di. nō. Ga. adeſt?

Di. immò aiebant eum veniſſe ſimul. ſed ego huc citus

Præcucurri, vt nunciarem nuncium optabilem.

*Ge. Venales logi ſunt illi quos negabam vendere*

*Illico, & meo malo eſt, quod maleuolentes gaudeant.*

*Hercules ſanè qui deus ſis, diſceßiſſes non male.*

*Pa. I intrò Dinaciũ, iube famulos rẽ diuinã mihi apparet.*

*Bene vale: Ge. vin' adminiſtrẽ? Pa. ſat ſeruorũ habeo (domi.*

*Ge. Enimuero Gelaſime opinor proueniſti futile,*

*Si neq; ille adeſt, neq; hic qui venit, quicquam ſubuenit.*

*Ibo intro ad liberos, & diſcam dedictis melioribus.*

*Nam ni illos homines expello, ego occidi planißumè.*

## *Epignomus adoleſcens, Stichus ſeruus.*

*CVm bene re geſta ſaluus conuortor domum,*

*Neptuno grates habeo & tempeſtatibus:*

*Simul Mercurio, qui me in mercimonijs*

*Iuuit, lucriſq́; quadruplicauit rem meam.*

*Olim quos abiens affeci ægrimonia,*

*Eos nunc lætantis faciam aduentu meo.*

*Nam iam Antiphonem conueni affinem meum,*

*Cumq́; eo reueni ex inimicitia in gratiam.*

*Videte quæſo quid poteſt pecunia?*

*Quoniam re bene geſta rediſſe me videt,*

*Magnasq́; apportauiſſe diuitias domum,*

*Sine aduocatis ibidem in cercuro in ſtega,*

*In amicitiam atq; in gratiam conuortimus.*

*Et ſic hodie apud me cœnat, & frater meus.*

*Nam heri ambo in vno portu fuimus, ſed mea*

*Hodie ſoluta eſt nauis aliquanto prius.*

*Age adduc has intrò, quas mecum adduxi Stiche.*

St. *Here, ſiue ego taceam, ſeu loquar, ſcio ſcire te*

*Quas multas tecum miſerias multauerim.*

*Nunc hunc diem vnum ex illis multis miſeriјs,*

*Volo me Eleutheriam capere aduenientem domum.*

Ep. *Et ius & æquum poſtulas, ſumas Stiche*

*In hunc diem, te nihil moror, abi quo lubet.*

*Cadum tibi veteris vini propino.*

## *Gelaſimus paraſitus, Epignomus adoleſcẽs.*

*Ge.* L*Ibros inſpexi, tam confido, quàm poti'ſt,*

*Me meum obtenturum regem ridiculis meis.*

*Nunc interuiſo, iam ne à portu aduenerit,*

*Vt eum aduenientem meis dictis deliniam.*

*Ep. Hic quidem Gelaſimus eſt paraſitus qui venit.*

*Ge. Auſpicio hodie optumo exiui foras,*

*Muſtela murem mihi abſtulit præter pedes.*

*Eum ſtrenua obſonauit. ſpectatum hoc mihi eſt.*

*Nam vt illa vitam repperit hodie ſibi,*

*Item meo ſpero facturum augurium. hoc facit*

*Epignomus, hic quidem qui aſtat: ibo atq; alloquar.*

*Epignome, vt ego te nunc conſpicio libens?*

*Vt præ lætitia lacrimæ præſiliunt mihi?*

*Valuiſtin' vſq;. Ep. ſuſtentatum'ſt ſedulò.*

*Ge. Bene atq; amice dicis. Di dent quæ velis,*

*Propino tibi ſalutem plenis faucibus.*

*Cœnabis apud me, quoniã ſaluus aduenis.*

*Ep. Vocata eſt opera. Ge. num quidem tam graue eſt?*

*Promitte. E. certũ eſt. Ge. ſic facin quã. Ep. certa res eſt.*

*Ge. Lubente me hercle facies. Ep. Idem ego iſtuc ſcio.*

*Quando vſus veniet, fiet. Ge. nunc ergo vſus eſt.*

*Ep. Non edepol poſſum. Ge. quid grauare? cenſeas?*

*Neſcio quid verò habeo in mundo. I modo.*

*Ep. Alium conuiuam quærito tibi in hunc diem.*

*Ge. Quin tu promittis? Ep. non grauer, ſi poſſiem.*

*Ge. Vnum quidem hercle certum promitto tibi,*

*Libens accipiam, certò ſi promiſeris.*

*Ep. Valeas. Ge. certum ne eſt? Ep. certum. cœnabo domi.*

*Ge. Quandoquidem operam tuam non uis promittere,*

*Vin' ad te ad cœnam veniam? Ep. ſi poſſim, velim:*

*Verùm hic apud me cœnant alieni nouem.*

*Ge. Haud poſtulo equidem med in lecto accumbere,*

*Scis tu med eſſe imi-ſubſellij virum?*

*Ep. At ij oratores ſunt populi ſummi viri,*

*Ambracia veniunt huc legati publicè.*

*Ge. Ergo oratores populi ſummates viri,*

*Summi accumbent, ego infimatis infimus.*

*Ep. Haud æquum eſt te inter oratores accipi.*

*Ge. Equidem hercle orator ſum, ſed procedit parum.*

*Ep. Cras de reliquijs nos volo. multum vale.*

*Ge. Perij hercle verò plane nihil obnoxiè.*

*Vno Gelaſimo minus eſt, quam dudum fuit.*

*Certum eſt muſtelæ poſt hac nunquam credere.*

*Nam incertiorem nullam noui beſtiam.*

*Quin ipſa decies in die mutat locum.*

*Eam ego auſpicaui in re capitali mea.*

*Certum eſt amicos conuocare, vt conſulam*

*Qua lege me nunc eſurire oporteat.*

## *Antipho ſenex, Pamphilippus, Epignomus.*

*An.* *ITa me Di bene amēt, measq́; mihi bene ſeruaſſint fi-(lias,*

*Vt mihi volupe'ſt Pāphilippe, quia vos in patriā domū*

*Rediſſe video, bene geſta re, ambos te & fratrem tuum.*

*Pa. Satis abs te accipiam, niſi videam mihi te amicum eſſe (Antipho.*

*Nunc quia te amicum mihi experior eſſe, creditur tibi.*

*An. Vocem ego te ad me ad cœnā, frater tuus niſi dixiſſet (mihi*

*Te apud ſe cœnaturū eſſe hodie, cū me ad ſe ad cœnā vo-(cat:*

*Et magis par fuerat me dare vobis cœnā aduenietibus,*

*Quā me ad illum promittere, niſi nollē ei aduerſarier.*

*Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſidero,*

*Cras apud me eritis et tu et ille, cum veſtris vxoribus.*

*Pa. Et apud me perendie: nam ille here me iã vocauerat*

*In hũc diẽ. ſed ſatin' ego tecũ pacificatus ſum Antipho?*

*An. Qñ ita rẽ geſsiſtis, vti vos vellem, amicos atq; addecet,*

*Pax cõmerciũq; eſt vobis mecũ: nã hoc tu facito cogites,*

*Vt cuiq; homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi res (labat.*

*Itidem amici collabaſcunt. res amicos inuenit.*

*Ep. Iam redeo, nimia volupta'ſt, ſi diu abfueris à domo,*

*Domũ ſi redieris, ſi tibi nulla ẽ ægritudo animo obuiã.*

*Nam ita me abſente familiarẽ rem vxor curauit meã.*

*Omniũ me exilem atq; inanem fecit ægritudinum.*

*Sed eccũ fratrẽ Pamphilippum, incedit cum ſocero ſuo.*

*Pa. Quid agitur Epignome? Ep. quid tu? q̃ dudũ in portũ venis*

*Huc? Pa. lõgiſſimè. Ep. poſt illa iã iſte ẽ trãquill⁹ tibi?*

*An Magis q̃ mare, quo ambo eſtis vecti. Ep. facis vt alias (res ſoles.*

*Pa. Deos ſalutatũ atq; vxorẽ modò intrò deuortar, domũ.*

*Ep. Apud uos eccilla feſtinat cum ſorore vxor tua.*

*Pa. Optumũ eſt iã iſtoc, moræ minus erit. Ep. iã ego apud (te ero.*

## *Gelaſimus paraſit⁹, Pãphilippus, Epignomus*

*Ge. SEdita quod occœpi narrare vobis, cũ hic nõ affui,*

*Cum amicis deliberaui iam, & cum cognatis meis.*

*Ita mihi autores fuere, vt egomet me hodie iugulare fa-*
*(me.*

*Sed video ne ego Pāphilippū cū fratre Epignomo? atq;*
*(is eſt.*

*Aggrediar hominē: ſperate Pamphilippe, ô ſpes mea,*

*O mea vita, ô mea voluptas, ſalue, ſaluum gaudeo*

*Peregre in patriam rediſſe ſaluū. Pa. ſalue Gelaſime.*

*Ge. valuiſtin' bene? Pa. ſuſtētaui ſedulo. Ge. edepol gaudeo,*

*Edepol ne egomet mihi modium nunc mille eſſe argenti*
*(velim.*

*Ep. Quid eo opus eſt? Ge. hunc ad cœnam hercle vt vocem,*
*(te non vocem.*

*Ep. Aduorſum te fabulare illud quidē. Ge. ambos vt vocē.*

*Ep. Edepol te vocem libenter, ſi ſuperfiat locus.*

*Ge. Quin tu ſtas, obſtruſero aliquid ſtrictimè. Ep. in:mo vnū*
*(hoc poteſt.*

*Le. Quid? Ep. vbi cõuiuæ abierint, tũ venias. Ge. Væ æta*
*(ti tuæ.*

*Ep. Vnà lautum, non ad cænam dico. Ge. Di te perduint.*

*Quid agis Pamphilippe? Pa. ad cœnam hercle, alio pro*
*(miſi foras.*

*Ge. Quid foras? Pa. foras hercle vero. Ge. qui malum tibi*
*(laſſo libet*

*Foris cœnare. Pa. vtrũ tu cẽſes? Ge. iube domi cœnã coq;*

*Atq; ad illum renunciari. Pa. ſolus cœnabo domi?*

*Ge. Non enim ſolus, me vocato. Pa. at ille ne ſuccenſeat,*

*Mea qui cauſſa ſumtũ fecit. Ge. facile excuſari poteſt.*

*Mihi modò auſculta, iube domi cœnam coqui. Ep. non*
*(me quidem*

*Faciet autore hodie vt illum decipiat. Ge. non tu hinc abis.*

*Niſi me non perſpicere cenſes quid agas, caue ſis tu tibi.*

Nã illic homo tuã hæreditatẽ inhiat, quaſi eſuriẽs lup⁹.

Non tu ſcis, quã afflictẽtur homines noctu hic in via?

Pa. Tanto pluris qui defendant ire aduorſum iuſſero.

Ep. Non it, nõ it, quia tãto opere ſuades ne bitat. Ge. iube

Domi mihi, tibi, tuæq; vxori celeriter cœnam coqui.

Si hercle faxis, non opinor dices deceptum fore.

Pa. Per hãc tibi cœnam incœnato Gelaſime eſſe hodie licet.

Ge. Ibis ne ad cœnã foras? Pa. apud fratrẽ cœno in pximo.

Ge. Certũ ne eſt? Pa. certũ. Ge. edepol te hodie lapide percuſ(ſum velim.

Pa. Nõ metuo, per hortũ tranſibo, non prodibo in publicũ.

Ep. quid ais Gelaſime? Ge. oratores tu accipis, habeas tibi.

*Ep.Tua pol refert enim.Ge.ſiqnidē mea refert, opa vtere.*

*Ep.Poſſe edepol tibi opinor etiam vni locum conſpicor,*

*Vbi accubes. Pa.ſanè faciūdum cenſeo. Ge.ô lux oppidi.*

*Ep.Si arte poteris accubare: Ge.vel inter cuneos ferreos,*

*Tantillum loci vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.*

*Pa.Exorabo aliquo modo. Ep.veni. Ge.huccine? Ep.immò (in carcerem.*

*Nā hic quidē meliorē geniū tuū non facies, eamus tu.*

*Pa.Deos ſalutabo modò, poſtea ad te continuò tranſeo.*

*Ge.Quid agitur? Ep.dixi equidē, in carcerē ires. Ge quin ſi iuſſeris,*

*Eò quoq; ibo. P. Di īmortales hic quidē vi ſūma in crucē*

*Cœna aut prādio perduci poteſt. Ge. ita ingeniū meū ē.*

*Qui cum uis depugno multo facilius; quàm cum fame.*

*Pa. Nõ ergo is tu apud me: ſatis ſpectata eſt mihi iam tua (felicitas.*

*Dum paraſitus mihi atq; fratri fuiſti, rem confregimus.*

*Nunc ego nolo è Gelaſimo mihi te Catagelaſimum.*

*Ge Iam ne abiſti Gelaſime? vide quid es capturus cõſilij.*

*Ego ne? tũ ne? mihi ne? tibi ne? vides vt ãnona eſt grauis?*

*Vides benignitates hominũ periere & prothymiæ,*

*Vides ridiculos nihili fieri, atq; ipſos paraſitarier.*

*Nũquã edepol me viuũ quiſq; in craſtinũ pſpiciet diẽ.*

*Nam mihi iam intus potione vincea onerabo gulam.*

*Neq; ego hoc cõmittã, vt homines mortuũ medicãt fame.*

FINIS.

Stichus. [illegible]

# M. ACCII PLAVTI.

## Trinummus.

### DRAMATIS PERSONÆ.

LVXVRIA.
INOPIA.
MEGARONIDES ſenex.
CALLICLES ſenex.
LYSITELES adoleſcens.
PHILTO ſenex.
LESBONICVS adoleſcens.
STASIMVS ſeruos.
CHARMIDES ſenex.
SYCOPHANTA.

### ARGVMENTVM.

*THeſaurum abſtruſum abiens peregrè Charmides,*

*Remq́; omnem amico Callicli mandat ſuo:*

*Iſtoc abſente malè rem perdit filius.*

*Nam & ædis vendit, has mercatur Callicles.*

N Virgo

*Virgo indotata ſoror iſtius poſcitur.*

*Minus quo cum inuidia ei det dotem Callicles,*

*Mandat qui dicat aurum ferre ſe à patre.*

*Vt venit ad ædis, hunc deludit Charmides*

*Senex vt rediјt, cuius nubunt liberi.*

## PROLOGVS.

Luxuria, & Inopia.

Lu. *Sequere mea gnata, vt munus fungaris tuum.*

In. *Sequor, ſed finem fore quem dicam, neſcio.*

Lu. *Adeſt, hem illæ ſunt ædes, i intrò nunc iam.*

*Nunc ne quis erret voſtrûm, paucis in viam*

*Deducam, ſiquidem operam dare promittitis.*

*Nunc primũ igitur, quæ ego ſim, & quæ illa hæc ſiet,*

*Huc quæ abijt intrò, dicam, ſi animum aduortitis.*

*Primum mihi Plautus nomen Luxuriæ indidit,*

*Tum hanc mihi gnatam eſſe voluit Inopiam.*

*Sed ea huc quid introïerit impulſu meo,*

*Accipite, & date vaciuas auris, dum eloquar.*

*Adoleſcens quidam eſt, qui habitat in hiſce ædibus;*

*Is rem paternam me adiutrice perdidit.*

*Quoniam ei qui me aleret nihil video eſſe reliqui,*

*Dedi meam gnatam, qui cum ætatem exigat.*

*Sed de argumento ne expectetis fabulæ.*

*Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.*

*Huic nomen Græcè eſt Theſauro fabulæ.*

*Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare,*

*Nomen Trinummo fecit: nunc hoc vos rogat,*

*Vt liceat poſſidere hanc nomen fabulam.*

*Tantum eſt. Valete, adeſte cum ſilentio.*

## *Megaronides ſenex.*

A*Micum caſtigare ob meritam noxiam,*

*Immune eſt facinus: verùm in ætate vtile*

*Et conducibile: nam ego amicum hodie meum*

*Concaſtigabo pro commerita noxia,*

*Inuitus,ni me id inuitet vt faciam, fides.*

*Nam hic nimium morbus mores inuaſit bonos,*

*Ita plerumq; omnis iam ſunt intermortui.*

*Sed dum illi ægrotant interim mores mali,*

*Quaſi herba irriguà ſuccreuerunt vberrimè.*

*Neque quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali.*

*Eorum licet iam meſſem metere maximam,*

*Nimioq; hic pluris pauciorum gratiam*

*Faciunt, pars hominũ, quam id, quod proſit pluribus.*

*Ita vincunt, illud conducibile, gratiæ.*

*Quæ in rebus multis obſtant, odioſæq; ſunt,*

*Remoramq́; faciunt rei priuatæ & publicæ.*

## *Callicles, Megaronides, ſenes duo.*

*Ca. LAREM corona noſtrum decorari volo.*
*Vxor venerare, vt nobis hæc habitatio*
*Bona, fauſta, felix, fortunataq́; eueniat,*
*Teque vt quam primum poſſim, videam emortuam.*
*Me. Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer,*
*Qui admiſit in ſe culpam caſtigabilem.*
*Aggrediar hominem. Ca. cuia vox prope me ſonat?*
*Me. Tui beneuolentis, ſi ita eſt, vt ego volo:*
*Sin aliter es, inimici atque irati tibi.*

*Ca. O amice ſalue, atque æqualis mihi, vt vales*

*Megaronides? Me. & tu edepol ſalue Callicles.*

*Ca. Valen'? valuiſtin'? Me. valeo, & valui rectius.*

*Ca. Quid agit tua vxor? vt valet. Me. plusquam ego volo.*

*Ca. Bene hercle eſt, illam tibi bene valere & viuere.*

*Me. Credo hercle te gaudere, ſi quid mihi mali eſt.*

*Ca. Omnibus amicis quod mihi eſt, cupio eſſe idem.*

*Me. Ehò tua vxor quid agit? Ca. immortalis eſt.*

*Viuit, victuráque eſt. Me. bene hercle nuncias,*

*Deosq́; oro, vt vitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat.*

*Sed hoc animum aduorte, atque aufer ridicularia:*

*Nā ego dedita opā huc ad te aduenio. Ca. Quid venis?*

*Me. Malis te vt verbis multis multum obiurgitem.*

*Ca. Men'? Me. Num quis eſt hic alius præter me atq; te?*

*Ca. Nemo eſt, quid igitur? Me. rogitas? té ne obiurgitem?*

*Neſi tute mihi me cenſes dicturum male.*

*Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ.*

*Sin immutare vis ingenium moribus,*

*Aut ſi demutant mores ingenium tuum,*

*Neque eos antiquos ſeruas, aſt captas nouos,*

*Omnibus amicis morbum tu incuties grauem,*

*Vt te videre audireq; ægroti ſient.*

Ca.

*Ca. Quid in mentem venit tibi iſtæc dicta dicere?*

*Me. Quia omnis bonos bonasq́; accurare addecet,*

*Suſpicionem, & culpam vt ab ſe ſegregent.*

*Ca. Non poteſt vtrumq́; fieri. Me. quapropter? Ca. rogas?*

*Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori.*

*Suſpicio eſt in pectore alieno ſita.*

*Nam nunc ego ſi te ſurripuiſſe ſuſpicer,*

*Ioui coronam de capite, è Capitolio*

*Quod in culmine aſtat ſummô. ſi id non feceris,*

*Atque id tamen lubeat ſuſpicarier,*

*Qui tu id prohibere me potes, ne ſuſpicer?*

Sed

*Sed iſtud negocij ſcire cupio, quicquid eſt.*

*Me. Haben'tu amicum aut familiarem quempiam*

*Cui pectus ſapiat? Ca. edepol haud dicam dolo,*

*Sunt quos ſcio eſſe amicos, ſunt quos ſuſpicor:*

*Quorum ingenia atque animos non poſſum noſcere,*

*Ad amici partem, an ad inimici perueniat.*

*Sed tu ex amicis certis mihi es certiſsimus.*

*Si quid ſcis me feciſſe inſcitè aut improbè,*

*Si id non accuſas, tū ipſe obiurgandus es, ſcio.*

*Me. Et ſi alia huc cauſſa ad te adueni, æquum poſtulas.*

*Ca. Expecto ſi quid dicas. Me. Primum dum omnium,*

*Malè dictitatur tibi vulgo in ſermonibus:*

*Turpilucri cupidum te vocant ciues tui.*

*Tum autem ſunt alij, qui te vulturium vocant,*

*Hoſtiſne, an ciuis comedis, parui pendere.*

*Hæc cum audio in te dicier, excrucior miſer.*

Ca. *Eſt, atque non eſt mihi in manu Megaronides:*

*Quin dicant, non eſt: meritò vt ne dicant, id eſt.*

Me. *Fuit ne hic tibi amicus Charmides?* Ca. *eſt, & fuit.*

*Id ita eſſe vt credas, rem tibi autorem dabo.*

*Nam poſtquam hic eius rem confregit filius,*

*Videtq́; ipſe ad paupertatem protractum eſſe ſe,*

Suamq́;

*Suamq́; filiam eſſe adultam virginem,*

*Simul eius matrem, ſuamq́; vxorem mortuam,*

*Quoniam hinc iturus eſt ipſe in Seleuciam,*

*Mihi commendauit virginem gnatam ſuam,*

*Et rem ſuam omnem, & illum corruptum filium.*

*Hæc, ſi mihi inimicus eſſet, credo haud crederet.*

*Me. Quid tu adoleſcentem, quem eſſe corruptum vides,*

*Qui tuæ mandatus eſt fidei & fiduciæ,*

*Quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis?*

*Ei rei operam dare te fuerat aliquanto æquius,*

*Si qui probiorem facere poſſis, non vti*

In

*In eandem tute accederes infamiam,*
*Malumq́ vt eius cum tuo miſceres malo.*
*Ca. Quid feci? Me. Quod homo neq̃. Ca. Nō iſtuc meū eſt.*
*Me. Emiſtin' de adoleſcente has ædes? quid taces?*
*Vbi nunc tute habitas? Ca. emi atque argentum dedi:*
*Minas quadraginta adoleſcenti ipſi in manum.*
*Me. Dediſti argentum? Ca. factum, neque facti piget.*
*Me. Edepol fidei adoleſcentem mandatum malæ.*
*Dediſtine hoc pacto ei gladium qui ſe occideret?*
*Quid ſecus eſt, aut quid intereſt dare te in manus,*
*Argentum amanti homini adoleſcenti, animi impoti,*

Qui

*Qui exædificaret ſuam inchoatam ignauiam?*

*Ca. Non ego illi argẽtum redderem? Me. non redderes,*

*Neque de illo quicquam neque emeres, neque venderes.*

*Nec qui deterior eſſet, faceres copiam.*

*Inconciliaſtin' eum, qui mandatu'ſt tibi?*

*Illum qui mandauit, eum exturbaſti ex ædibus,*

*Edepol mandatum pulcrè, & curatum probè*

*Crede huic tute, ſuam iam melius rem geſſerit.*

*Ca. Subigis maledictis me tuis Megaronides*

*Nouo modo, adeò vt quod meæ cõcreditum eſt*

*Taciturnitati clàm fidei & fiduciæ,*

*Ne enunciarem cuiquam, neu facerem palam,*

*Vbi mihi neceſſe ſit iam id tibi concredere.*

*Me. Mihi quod credideris, ſumes, vbi poſiueris.*

*Ca. Circumſpice dum te, ne quis aſſit arbiter*

*Nobis, & quæſo identidem circumſpice.*

*Me. Auſculto, ſi quid dicas. Ca. ſi taceas, loquar.*

*Quoniam hinc eſt profectus peregre Charmides,*

*Theſaurum mihi demonſtrauit in hiſce ædibus,*

*Hic in conclaui quodam. ſed circumſpice.*

*Me. Nemo eſt. Ca. nūmorum Philippeum ad tria millia.*

*Id ſolus ſolum per amicitiam & per fidem.*

Flens

*Flens me obſecrauit, ſuo ne gnato crederem,*

*Ne'ue cuiquam, vnde ad eum id poſſet permanaſcere.*

*Nunc ſi ille huc ſaluus reuenit, reddam ſuum ſibi:*

*Si quid eo fuerit, certò illius filiæ,*

*Quæ mihi mandata eſt, habeo dotem vnde dem,*

*Vt eam in ſe dignam conditionem collocem.*

*Me. Proh di immortales, verbis paucis quàm citò*

*Alium feciſti me, alius ad te veneram.*

*Sed vt occepiſti, perge porrò proloqui.*

*Ca. Quid tibi ego dicam? qui illius ſapientiam*

*Et meam fidelitatem, & cælata omnia*

*Penè ille ignauus funditus peſſumdedit?*

*Me. Quidum? Ca. Quia rure dum ſum ego vnos ſex dies,*

*Me abſente atque inſciente, inconſultu meo,*

*Aedes venales haſce inſcribit literis.*

*Me. Adeſuriuit magis, & inhiauit acrius*

*Lupus. obſeruauit, dum dormitarent canes.*

*Gregem vniuerſum voluit tecum auertere.*

*Ca. Feciſſet edepol, ni hæc præſenſiſſet canes.*

*Sed nunc rogare ego viciſſim te volo,*

*Quid fuit officium meum me facere, face ſciam.*

*Vtrum indicare me ei theſaurum æquum fuit,*

*Aduerſum quam eius me obſecrauiſſet pater:*

*An ego alium dominum paterer fieri ædibus,*

*Qui emiſſet? eius eſſet ne ea pecunia?*

*Emi egomet potius ædis, argentum dedi.*

*Theſauri cauſſa, vt ſaluum amico traderem.*

*Neque adeò haſce emi mihi, nec vſuræ meæ.*

*Illi redemi rurſum, à me argentum dedi.*

*Hæc ſunt ſeu rectè, ſeu peruorſe facta ſunt.*

*Egomet feciſſe confiteor Megaronides.*

*Hem mea malefacta, hem meam auaritiam tibi,*

*Haſcine me propter res maledicta differunt?*

*Me.Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum.*

*Occluſti linguam, nihil eſt qui reſpondeam.*

*Ca. Nunc ego te quæſo, vt me opera & conſilio iuues,*

*Communicesq́; hanc mecum meam prouinciam.*

*Me.Polliceor operã. Ca.ergo vbi eris paulopoſt? Me.domi.*

*Ca. Nunquid vis? Me.cures tuam fidem. Ca.fit ſedulo.*

*Me.Sed quid ais? Ca.quid vis? Me.vbi nũc adoleſcẽs habet?*

*Ca.Poſticulum hoc recepit, cum ædis vendidit.*

*Me.Iſtuc volebam ſcire. I ſanè nunc iam.*

*Sed quid ais? Ca.quid? Me. nũc virgo nẽpe apud te eſt.*
*(Ca.ita eſt.*

*Iuxtaq́; eam curo cum mea. Me.rectè facis.*

*Ca. Num quid prius, quàm abeo me rogaturus? Me.* vale.

*Nihil eſt profectò ſtultius neque ſtolidius,*

*Neque mendaciloquius, neque argutum magis,*

*Neque confidentiloquius, neque periurius,*

*Quàm vrbani aßidui ciues, quos ſcurras vocant.*

*Atque egomet me adeò cum illis vnà ibidem traho,*

*Qui illorum verbis falſis acceptor fui,*

*Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt.*

*Quod quiſque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciũt.*

*Id quod in aurem rex reginæ dixerit,*

*Sciunt quod Iuno fabulata eſt cum Ioue,*

Quæ:

*uæ neque futura, neque facta ſunt, tamen ij ſciunt.*

*Falſon' an verò laudent, culpent, quem velint*

*Non flocifaciunt, dum illud quod lubeat, ſciant.*

*Omnis mortalis hunc aiebant Calliclem*

*Indignum ciuitate hac eſſe viuere,*

*Bonis qui hunc adoleſcentem euertiſſet ſuis.*

*Ego de eorum verbis famigeratorum inſcius,*

*Proſilui amicum caſtigatum innoxium.*

*Quod ſi exquiratur vſque ab ſtirpe autoritas,*

*Vnde quicquid auditum dicant, niſi id appareat,*

*Famigerator iure ſciet cum damno & malo.*

*Hoc ita ſi fiat, publico fiat bono,*

*Pauci ſint faxim, qui ſciant quod neſciunt,*

*Occluſioremq; habeant ſtultiloquentiam.*

## *Lyſiteles Adoleſcens.*

*MVltas res ſimitu in meo corde verſo, multũ in cogitãdo.*

*Dolorẽ indipiſcor; egomet me cõcoquo, & macero, & defa- (tigo.*

*Magiſter mihi exercitor anim⁹, hinc eſt. ſed hoc nõ liquet,*

*Nec ſatis cogitatũ eſt, vtrã potius harũ mihi artem expe- teſſam.*

*Vtram ætati agundæ arbitrer firmiorẽ amori me, an rei*

*Obſequi potius par ſiet, vtra in parte plus voluptatis ſit (vitæ,*

*Ad ætatẽ agũdã. de hac re mihi ſatis haud liquet, niſi hoc*

Sic

*Sic faciam opinor, vtramq; rem ſimul exputẽ, iudex ſim,*

*Reusq; ad eam rem, ita faciam, ita placet, omnium primũ*

*Amoris artis eloquar, quemadmodum expediant. nunquã*

*Amor quẽquam niſi cupidum hominẽ poſtulat ſe in plagas*

*Conijcere: eos cupit, eos conſectatur, ſubdole blanditur.*

*Fit ipſe, dum illis comis eſt, inops amator. hæc ego cũ ago*

*Cũ meo animo, & recolo, vbi qui eget, quàm precij ſit par*
*(ui apage te,*

*Amor nõ places, nihil te vtor, quanquã illud eſt dulce, eſſe*
*& bibere.*

*Amor amara dat tibi ſatis quod ægrè ſit, fugit forũ, fugat*
*tuos*

*Cognatos, fugat ipſe ſe à ſuo contuitu.*

*Neque enim eum ſibi amicũ volunt dici. mille modis amor*
*(ignorãdũ'ſt.*

*Procul adhibendus eſt, atq; abſtinendus. nam qui in amore,*

*Præcipitauit, peius perit, quã ſi ſaxo ſaliat. apageſis amor,*

*Tuis res tibi habe, amor mihi amicus ne fuas vnq̃, ſunt tñ*

*Quos miſeros maleq; habeas, quos tibi obnoxios feciſti.*

*Certum'ſt ad frugem applicare animũ, quanquã ibi animo*

*Labos grandis capitur, boni ſibi hæc expetunt, rem, fidẽ, ho*
*(norẽ,*

*Gloriã, & gratiã, hoc probis preciũ'ſt: eò mihi magis lubet:*

*Cum probis potius, quam cum improbis viuere vani dicis.*

## *Philto ſenex. Lyſiteles adoleſcens.*

*QVò illic homo foras ſe penetrauit ex ædibus? Ly. pater aſsũ*

*Impera quodvis, neq; tibi ero in mora, neq; latebroſe me abs tuo*

Con-

*Conſpectu occultabo. Ph. feceris par tuis cæteris factis, patrẽ*

*Tuum ſi percoles, per pietatẽ: nolo ego cum improbis te viris*

*Gnate mi, neq; in via, neq; in foro vllum ſermonem exequi.*

*Noui ego hoc ſeculum moribus quibus ſit. malus bonũ, malũ*

*Eſſe volt vt ſit ſui ſimilis: turbãt, miſcent mores mali, rapax;*

*Auarus, inuidus, ſacrum, prophanũ, publicũ, priuatũ habent,*

*Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc ſunt quæ me excruciant.*

*Hæc dies noctesq; tibi canto: vt caueas, quod manu nõ queũt:*

*Tangere; tantum fas habent, quo manus abſtineant.*

*Cætera, rape, trahe, fuge latè. lacrumas hæc mihi, cum video,*

*Eliciunt. quia ego ad hoc genus hominũ durnui, quin prius*

Me

*Me ad pluris penetraui. nam hi mores maiorũ laudant*

*Eoſdẽ, lutilãt, quos collaudant. hiſce ego te artibus gratiã*

*Facio, neu colas, neu imbuas ingeniũ. meò modo & moribus viuito*

*Antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea facito. nihil ego iſtos*

*Mororfacetos mores, et turbidos, quibus boni dedecorãt ſe.*

*Hæc tibi ſi mea imperia capeſſes, multa bona in pectore cõſident.*

*Ly. Semper ego vſque ad hanc ætatem ab ineunte adoleſcẽtia,*

*Tuis ſeruiui ſeruitutem imperijs & præceptis pater,*

*Pro ingenio ego me liberũ eſſe ratus ſum: pro imperio tuo,*

*Meum animũ tibi ſeruitutem ſeruire, æquum cenſui.*

*Ph. Qui homo cũ animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo,*

Vtrum

*Vtrum id ita ne eſſe mauelit, vt eum animus æquũ cenſeat:*

*An ita potius, vt parentis eum eſſe & cognati velint.*

*Si animus hominẽ perpulit, actũ eſt, animo ſeruiuit, nõ ſibi.*

*Si ipſe animũ perpulit, dum viuit victor victorum cluet:*

*Tu ſi animũ viciſti, potius quã animus te, eſt quod gaudeas:*

*Nimio ſatius eſt vt opu'ſt, te ita eſſe, quàm vt animo lubet.*

*Qui animũ vincũt, q̃ quos animus, ſemper probiores cluẽt.*

*Ly. Iſtæc ego mihi ſemper habui ætati tegumentum meæ.*

*Ne penetrarem me vſquam vbi eßet damni cõciliabulũ.*

*Ne noctu irem obambulatum, neu ſuum adimerem alteri.*

*Neu tibi ægritudinem pater párerem, parſi ſedulo.*

Sarta

*Sarta tecta tua præcepta vſq; habui, mea modeſtia.*

*Ph. Quid exprobras? bene quod feciſti, tibi feciſti, non mihi.*

*Mihi quidē ætas acta eſt fermè, tua iſtuc refert maximè.*

*Is probus eſt, quē nō pœnitet quā probus ſit, et frugi bonæ.*

*Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.*

*Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.*

*Ly. Ob eā rē hæc pater autumaui, quia res quædā ſt, quā volo*

*Ego me abs te exorare. Ph. Quid id eſt? veniā iam dare geſtio.*

*Ly. Adoleſcenti huic genere ſummo amico, atq; æquali meo,*

*Minus qui cautè & cogitatè ſuam rem tractauit pater,*

*Bene volo ego illi facere, ſi tu nō ne vis. Ph. nempe de tuo.*

Ly.

*Ly. De meo, nã qđ tuum'ſt, meum'ſt, omne meũ eſt autẽ tuũ.*

*Ph. Quid is eget'ne? Ly. eget. Ph. habuit ne rẽ? Ly. habuit. Ph.*
*(quî eã pdidit?*

*Publicis'ne affinis fuit, an maritumis negotijs?*

*Mercaturam'ne, an venales habuit, vbi rem perdidit?*

*Ly. Nihil iſtorũ. Ph. Quid igitur? Ly. Per comitatẽ edepol pr̃*

*Præterea aliquantũ animi cauſſa in delicijs diſperdidit.*

*Ph. Edepol hominem prædicatum fermè familiariter,*

*Qui quidem nunquã per virtutẽ rem cõfregit, atq; eget.*

*Nihil moror eũ tibi eſſe amicũ, cum eiuſmodi virtutibus.*

*Ly. Quia ſine omni malitia eſt, tolerare eius egeſtatem volo.*

*Ph. De mẽdico male meretur qui ei dat quod edit, aut qđ bibat.*

Nam

*Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad (miſeriā.*

*Non eò hoc dico, quin quæ tu vis ego velim, & faciā lubēs.*

*Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmōſtro tibi,*

*Vt ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat.*

*Ly. Deſerere illum, & deiuuare in rebus aduerſis pudet.*

*Ph. Pol pudere quàm pigere præſtat, totidem litteris.*

*Ly. Edepol, deûm virtute dicam pater, & maiorum, & tua,*

*Multa bona bene parta habemus. bene ſi amico feceris,*

*Ne pigeat feciſſe: at potius pudeat, ſi non feceris.*

*Ph. De magnis diuitijs ſi quid demas, plus fit, an minus?*

*Ly. Minus pater. ſed ciui immunifico ſcis quid cantari ſolet?*

Quod

*Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc nō habes, habeas (malum.*

*Quandoquidem nec tibi bene eſſe potes pati, nec alteri.*

*Ph. Scio equidem iſtuc ita ſolere fieri. verum gnate mi,*

*Is eſt immunis, cui nihil eſt qui munus fungatur ſuum.*

*Ly. Deûm virtute habemus, & qui noſmet vtamur pater,*

*Et alijs qui comitati ſimus beneuolentibus.*

*Ph. Non edepol tibi pernegare poſſum quicquam quod velis,*

*Cuius egeſtatem tolerare vis, loquere audacter patri.*

*Ly. Lesbonico huic adoleſcenti Charmidæ filio,*

*Qui illic habitat. Ph. qui comedit quod fuit, quod nō fuit.*

*Ne opprobra pater: multa eueniūt homini, quæ vult, quæ (ne vult.*

*Ph. Age dũ eloquere, quid dare illi nũc vis? Ly. nihil quicquã (pater.*

*Sapientiæ ætas condimentum'ſt, ſapiens ætati cibus eſt.*

*Ph. Mẽtire edepol gnate, atq; id nũc facis haud conſuetudine.*

*Nam ſapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi.*

*Eo'ne multa quæ ne volt eueniunt, niſi fictor malus eſt,*

*Multa eſt opera opus fictura, qui ſe fictorem probum*

*Vitæ eſſe agẽdæ expetit. Ly. ſed hic admodũ adoleſcẽtulus.*

*Ph. Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia.*

*Ly. Tu modò ne me probibeas accipere, ſi quid det mihi.*

*Ph. An eo egeſtatem eius tolerabis, ſi quid ab illo acceperis?*

*Ly. Eo pater. Ph. pol ego iſtã volo me rationẽ edoceas. Ly. licet.*

Scin

*Scin' tu illũ quo genere gnatus ſit? Ph, Scio apprimè ꝓbo.*

*Ly. Soror illi eſt adulta virgo grandis, eam cupio pater*

*Ducere vxorem. Ph. ſine dote? Ly ſine dote. Ph. vxorẽ? Ly.*
*(ita.*

*Tua re ſalua, hoc pacto ab illo inibis ſummam gratiam,*

*Neque commodius vllo pacto ei poteris auxiliarier.*

*Ph. Ego indotatã te vxorem vt patiar? Ly. Patiũdũ eſt pater.*

*Et eo pacto addideris noſtræ lepidam famã familiæ.*

*Ph. Multa ego poſſum docta dicta & quamuis facundè loqui,*

*Hiſtoriã veterem atq; antiquã hæc mea ſenectus ſuſtinet.*

*Verùm ego quando te & amicitiam & gratiam in noſtram*
*(domũ*

*Video allicere, & ſi aduerſatus tibi fui, iſtac indico.*

P Tibi

*Tibi permitto, poſce, duce. Ly. di te ſeruaſsint mihi.*

*Sed adde ad iſtā gratiam vnū. Ph. Quid id eſt autē vnū?*
*(Ly. eloquar,*

*Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poſcas, Ph. eccere.*

*Ly. Nimio citius tranſiges. firmū omne erit, quod tu egeris.*

*Grauius erit tuum vnū verbū ad eam rē, quàm centū mea.*

*Ph. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.*

*Dabitur opera. Ly. Lepidus viuis. hæ ſunt ædes, hic habet.*

*Lesbonico eſt nomen. age rem cura, ego te opperiar domi.*

## *Philto ſenex.*

*NON optuma hæc ſunt, neq; ego vt æquum cenſeo:*

*Verum meliora ſunt, quàm quæ deterruma.*

Sed

*Sed hoc vnum conſolatur me atque animum meum:*

*Quia qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet,*

*Conſulit, aduorſum filium, nugas agit,*

*Miſer ex animo fit factius nihilo facit.*

*Suæ ſenectuti is acriorem hyemem parat,*

*Cum illanc importunam tempeſtatem conciet.*

*Sed aperiuntur ædes quò ibam commode,*

*Ipſe exit Lesbonicus cum ſeruo foras.*

## *Lesbonicus adoleſcens. Staſimus ſeruus.* Philto ſenex.

*MInus quindecim dies ſunt, cum pro hiſce ædibus*

*Minas quadraginta accepiſti â Callicle.*

*Eſt ne hoc quod dico Staſime? St.cum conſidero*

*Meminiſſe videor fieri. Le.quid factum eſt cô?*

*ST.Comeſſum, expotum, exutum, elotum in balneis,*

*Piſcator, piſtor abſtulit, lanij coqi.*

*Olitores, myropolæ, aucupes, confit citô,*

*Quàm ſi tu obijcias formicis papauerem.*

*Le.* Minus hercle in hiſce rebus ſumtum eſt ſexminis.

*Quid qđ ego defraudaui? Le.hẽ iſta ratio maxuma eſt.*

*ST.* Non tibi illud apparere, ſi ſumas, poteſt:

*Niſi tu immortale rere eſſe argentum tibi.*

*Serò atque ſtultè prius quod cautum oportuit,*

*Poſtquam comedit rem, poſt rationem putat.*

*Le. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.*

*ST. Ratio quidem hercle apparet, argentum* οἴχεται.

*Minas quadraginta accepiſti à Callicle,*

*Et ille ædis abs te accepit mancipio. Le. admodum.*

*Ph. Pol opinor affinis noſter ædes vendidit.*

*Pater cum peregrè veniet, in porta eſt locus,*

*Niſi fortè in ventrem filio correpſerit.*

*ST. Trapezitæ mille dracumarum Olympicum,*

*Quas de ratione debuiſti, reddite.*

*Le. Népe quas ſpopõdi. St. immò quas dependi, inquito.*

*Qui ſponſione pronuper tu exactus es,*

*Pro illo adoleſcente, quem tu aiebas eſſe diuitem.*

*Le. Factum. St. vt quidẽ illud perierit. Le. factũ id quoq; (eſt,*

*Nam nũc eum vidi miſerum, & me eius miſeritum'ſt.*

*St. Miſeret te aliorum, tui te nec miſeret, nec pudet.*

*Ph. Tempus adeundi eſt. Le. eſt ne hic Philto qui aduenit?*

*Is hercle eſt ipſus. St. edepol næ ego iſtum velim*

*Meum fieri ſeruum cum ſuo peculio.*

*Ph. Herum atque ſeruum plurimum Philto iubet*

*Saluere, Lesbonicum & Staſimum. Le. diduint*

*Tibi Philto quæcunq; optes. quid agit filius?*

Ph. Bene vult tibi. Le. edepol mutuum mecum facit.

St. Nequã illud verbum'ſt, bene vult, niſi qui bene facit.

Ego quoque volo eſſe liber, nec quicquã volo,

Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulet.

Ph. Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atque vos

Affinitatem vt conciliarem & gratiam.

Tuam vult ſororem ducere vxorem, & mihi

Sententia eadem'ſt, & volo. Le. hau noſco tuum,

Bonis tuis rebus meas res irrides malas.

Ph. Homo ego ſum, homo tu es: ita me amabit Iuppiter,

Neque te deriſum veni, neque dignum puto.

*Verum hoc, vt dixi, meus me orauit filius,*

*Vt tuam ſororem poſcerem vxorem ſibi.*

Le. *Mearum rerum me nouiſſe æquum'ſt ordinem,*

*Cum veſtris noſtra non eſt æqua factio.*

*Affinitatem vobis aliam quærite.*

ST. *Satin' tu ſanus mentis, aut animi tui,*

*Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi*

*Ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo.*

Le: *Abin' hinc dierecte?* ST. *ſi hercle ire occipiam, vetes.*

Le: *Niſi quid me aliud vis Philto, reſpondi tibi.*

Ph. *Benigniorem* Lesbonice *te mihi,*

Quam

*Quàm nunc experior eſſe, confido fore,*

*Nam & ſtultè facere, & ſtultè fabularier,*

*Vtrumque Lesbonice in ætate haud bonum'ſt.*

ST. *Verum hercle hic dicit.* Le. *oculum ego tibi effodiam,*

*Si verbum addideris:* St: *hercle quin dicam tamen.*

*Nam ſi ſic non licebit, luſcus dixero:*

Ph. *Ita tu nunc dicis: non eſſe æquiparabiles*

*Veſtras cum noſtris factiones, atque opes?*

Le. *Dico.* Ph: *quid tunc, ſi in ædem ad cœnam veneris,*

*Atque ibi opulentus tibi par fortè vt venerit,*

*Appoſita ſit cœna; popularem quam vocant,*

*Si illi congeſtæ ſint epulæ à clientibus,*
*Si quid tibi placeat, quod illi congeſtum ſiet,*
*Edisne, an incœnatus cum opulento accubes?*
*Le. Edim, niſi ille vetet. St. at pol ego etiam ſi vetet,*
*Edim, atque ambabus malis expletis vorem:*
*Et quod illi placeat, præripiam potiſſimum,*
*Neque illi concedam quicquam de vita mea.*
*Verecundari neminem apud menſam decet,*
*Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.*
*Ph. Rem fabulare. St. non tibi dicam dolo.*
*Decedam ego illi de via de ſemita,*

De

De honore populi: verùm quod ad ventrem attinet,
Non hercle hoc longè, niſi me pugnis vicerit.
Cœna hæc annona eſt, ſine ſacris hæreditas.
Ph. Semper tu hoc facito Lesbonice cogites,
Id optimum eſſe, tute vti ſis optumus.
Si id nequeas, ſaltem vt optumis ſis proximus.
Nunc cõditionẽ hanc, quã ego fero, & quã abs te peto,
Dare atque accipere Lesbonice te volo.
Dei diuites ſunt, deos decet opulentia
Et factiones: verùm nos humunculi
Salillum animæ, qui cùm ex templò amiſimus,

Aeque

*Aeque mendicus atque ille opulentiſſimus*

*Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus.*

*St. Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras,*

*Vbi mortuus ſis, ita ſis vt nomen cluet.*

*Ph. Nunc vt ſcias hic factiones atque opes*

*Non eſſe, neque nos tuam negligere gratiam,*

*Sine dote poſco tuam ſororem filio,*

*Quæ res bene vortat, habeon' pactam? quid taces?*

*ST. Proh di immortales, conditionem qoiuſmodi?*

*Ph. Quin fabulare, di bene vortant, ſpondeo.*

*ST. Eheu vbi vſus nihil erat dicto, ſpondeo*

*Dicebat. nunc hic quom opus eſt, non quit dicere.*

*Le. Cum affinitate veſtra me arbitramini*

*Dignum, habeo vobis Philto magnam gratiam.*

*Sed etſi hercle grauiter cecidit ſtultitia mea*

*Philto, eſt ager ſub vrbe hic nobis, eum dabo*

*Dotem ſorori. nam is de ſtultitia mea*

*Solus ſuperſit præter vitam reliquus.*

*Ph. Profectò dotem nihil moror. Le. Certum'ſt dare.*

*ST. Noſtram ne nutricem here quæ nos educat,*

*Abalienare à nobis? caue ſis feceris,*

*Quid edemus noſmet poſtea? Le. etiam tu taces?*

Tibi

*Tibi ego rationem reddam. ST. planè perijmus,*

*Niſi quid ego comminiſcor. Philto te volo.*

*Ph. Si quid vis Staſime. St. huc concede aliquantum. Ph. (licet.*

*ST. Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te ſciat,*

*Nève alius quiſquam. Ph. crede audacter quid lubet.*

*ST. Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum*

*Tuum ſiris vnquam fieri, neque gnati tui.*

*Ei rei argumentum dicam. Ph. Audîre edepol lubet.*

*ST. Primum omnium olim terra cum proſcinditur,*

*In quinto quoque ſulco moriuntur boues.*

*Ph. Apage. ST. Acherontis hoſtium in noſtro'ſt agro.*

Tum

*Tum vinum prius quam coactum'ſt, pendet putidum,*

*Le.Conſuadet homini credo, & ſi ſceleſtus eſt.*

*At mihi infidelis non eſt. ST. audi cætera.*

*Poſt id frumenti quom alibi meſsis maxima'ſt,*

*Tribus tantis illi minus reddit, quàm obſeueris.*

*Ph.Hem iſtic oportet obſeri mores malos,*

*Si in obſerendo poſsint interfieri.*

ST.*Neque vnquam quiſquam eſt cuius ille ager fuit,*

*Quin peſsumè ei res vorterit, cuium fuit,*

*Alij exulatum abierunt, alij emortui,*

*Alij ſe ſuſpendere.hem nunc hic cuius eſt,*

*Vt ad incitas redactus? Ph. apage à me iſtum agrum.*

*ST. Magis apage dicas, ſi omnia à me audiueris.*

*Nam fulguritæ ſunt hic alternæ arbores.*

*Sues moriuntur angina hic acerruma.*

*Oues ſcabræ ſunt, tam glabræ hē, quàm hæc eſt manus.*

*Tum autem Syrorum genus, quod patientiſsimum eſt*

*Hominum, nemo extat, qui ibi ſex menſes vixerit:*

*Ità cuncti ſolſtitiali morbo decidunt.*

*Ph. Credo ego iſtuc Staſime ita eſſe, ſed campas genus,*

*Multo Syrorum iam anteit patientia.*

*Sed iſte eſt ager profectò, vt te audiui loqui,*

*Malos in quem omnes publice mitti decet.*

*Sicut fortunatorum memorant inſulas,*

*Q nõ cuncti qui ætatem egerunt caſtè ſuam,*

*Conueniant: contra iſtoc detrudi maleficos*

*Aequum videtur, qui quidem iſtius ſit modi.*

*ST. Hoſpitium eſt calamitatis, quid verbis opu'ſt?*

*Quamuis malam rem quærens, illic reperias.*

*Ph. At tu hercle & illi & alibi. ST. caue ſis dixeris,*

*Me tibi dixiſſe hoc. Ph. dixiſti arcano ſatis.*

*ST. Quin hic quidem cupit illum ab ſe alienarier.*

*Siquidem reperire poßiet, cui eſ ſublinat.*

*Ph. Meus quidem hercle nunquã fiet. St. ſi ſapies quidem.*

*Lepidè hercle de agro ego hunc ſenem deterrui.*

*Nam qui viuamus nihil eſt, ſi illum amiſerit.*

*Ph. Redeo ad te Lesbonice. Le. dic ſodes mihi,*

*Quid hic locutus tecum? Ph. quid cenſes? homo eſt,*

*Vult fieri liber: verùm quod det, non habet.*

*Le. Et ego eſſe locuples, verùm ne quicquam volo.*

*ST. Licitum ſi velles, nunc quoniam nihil eſt, non licet.*

*Le. Quid tecum Staſime? St. de iſtoc quod dixiſti modò,*

*Si antea voluiſſes, eſſes: nunc ſero cupis.*

*Ph. De dote mecum conuenire nihil potes,*

Quid

*Quid tibi lubet, tute agito cum nato meo.*

*Nunc tuam ſororem filio poſco meo.*

*Quæ res bene vortat. quid nunc etiam conſulis?*

Le. *Quid iſtuc? quando ita vis, di bene vortant, ſpondeo.*

Ph. *Nunquam edepol cuiquam tam expectatus filius*

*Natus, quàm eſt illud, ſpondeo natum mihi.*

ST. *Di fortunabunt veſtra conſilia.* Ph. *Ita volo.*

Le. *Sed Staſime abi huc ad meam ſororem, ad Calliclem.*

*Dic hoc negocij quomodo actum eſt.* ST. *ibitur.*

Le. *Et gratulator meæ ſorori.* ST. *ſcilicet.*

Ph. *I hac Lesbonice mecum, vt coràm nuptijs*

*Dies conſtituatur, eadem hæc confirmabimus.*

*Le. Tu iſtuc cura quod iuſſi, iam ego hic ero,*

*Dic Callicli me vt conueniat.* ST. *quin tu i modò.*

*Le. De dote vt videat quid opus ſit facto.* ST. *i modò.*

*Le. Nã certum'ſt ſine dote haud dare.* ST. *quin tu i modò.*

*Le. Neq; enim illi damno vnq̃ eſſe patiar.* ST. *Abi modò.*

*Le. Meam negligentiam.* ST. *i modò. Le. ô pater,*

*Aequum videtur quin quod peccarim.* ST. *i modò.*

*Le. Potiſſimum mihi id obſit.* ST, *i modo. Le. ô pater,*

*En vnquam aſpiciam te?* ST. *i modò, i modò, i modò.*

*Tandem impetraui abiret. di veſtram fidem,*

Edepol

*Edepol re geſta peßume, geſtam probê,*

*Siquidem ager nobis ſaluus eſt, & ſi admodum*

*In ambiguo eſt etiam, nunc quid de hac re fuat.*

*Sed ſi alienatur, actum'ſt de collo meo.*

*Geſtandus peregrè clipeus, galea, ſarcina,*

*Effugiet ex vrbe, vbi erunt factæ nuptiæ,*

*Ibit iſtac aliquo in maximam malam crucem*

*Latrocinatum, aut in Aſiam, aut in Ciliciam.*

*Ibo huc quò mihi imperatum'ſt, & ſi odi hanc domum*

*Poſtquam exturbauit hic nos ex noſtris ædibus.*

*Callicles ſenex. Staſimus ſeruus.*

*QVomodo tu iſtuc Staſime dixiſti? noſtrũ herilẽ filium*

*Lesbonicum ſuam ſororem deſpopondiſſe? St. hoc modo.*

*Ca. Cui homini deſpondit? St. Lyſiteli Philtonis filio,*

*Sine dote. Ca. ſine dote ille illã in tantas diuitias dabit?*

*Non credibile dicis. St. at tu edepol nullus creduas,*

*Si hoc nõ credis, ego credidero. Ca. quid? St. me nihili pẽ-* *(dere.*

*Ca. Quã dudũ iſtuc, aut vbi actũ'ſt. St. illico hic ãte oſtiũ,*

*Tã modò, inquit præneſtinus: Ca. tãton' in re perdita,*

*Quàm in re ſalua, Lesbonicus factus eſt frugalior?*

*St. Atque equidem ipſus vltro venit Philto oratũ filio.*

*Ca. Flagitium quidem hercle fiet, niſi dos dabitur virgini.*

Poſtre-

*Poſtremò edepol ego iſtā rem ad me attinere intelligo.*

*Ibo ad meum caſtigatorem, atque ab eo conſiliū petā.*

*St. Propemodū quid illic feſtinet ſentio, & ſubolet mihi,*

*Vt agro euortat Lesbonicum, quando euertit ædibus.*

*O bere Charmide, quàm abſente te hic tua res diſtrahi-(tur tibi?*

*Vtinam te rediſſe ſaluum videam, vt inimicos tuos*

*Vlciſcare, vt mihi, vt erga te fui et ſum, referas gratiā.*

*Nimiū difficile'ſt reperiri amicum ita vt nomē cluet,*

*Cui tuam cū rem credideris, ſine omni cura dormias.*

*Sed generū noſtrum ire eccillum video cum affini ſuo.*

*Neſcio quid non ſatis inter eos conuenit, celeri gradu*

*Eunt vterq; ille reprehendit hunc priorem pallio,*

*Haud illi euſcheme aſtiterũt, huc aliquãtũ abſceſſero.*

*Eſt lubido orationem audire duorum affinium.*

## *Lyſiteles, Lesbonicus, adoleſcentes. Staſimus ſeruus.*

*STa illico, noli aduerſari, neq; te occultaßis mihi.*

*Le. Potin' ut me ire quò pfectus ſum, ſinas? Ly. ſi in rẽ tuã*

*Lesbonice eſſe videatur, gloriæ aut famæ, ſinam.*

*Le. Quod eſt facillimũ, facis. Ly. quid id eſt? Le. amico in-(iuriã.*

*Ly. Neq; meum'ſt, neq; facere didici. Le. indoctus quàm (docte facis?*

*Quid faceres, ſi quis docuiſſet te vt ſic odio eſſes mihi?*

*Qui bene cũ ſimulas facere mihi te, malè facis, malè cõſu(lis.*

*Le.* Egóne? *Le. tu næ. Ly. quid malè facio? Le. quod ego no*
*lo, id cũ facis.*

*Ly. Tuæ rei bene conſulere cupio. Le. tu mihi es melior, q̃*
*egomet mihi?*

*Sat ſapio, ſatis in rem quæ ſint meã ego conſpicio mihi*

*Ly. An id eſt ſapere, vt qui bñficiũ beneuolente repudies?*

*Se. Nullũ beneficiũ duco eſſe id, quod cui facias, nõ placet.*

*Ly. Scio ego, et ſẽtio ipſe quid agã, neq; à me officiũ migrat,*

*Nec tuis depellor dictis, quin rumori ſeruiam.*

*Le. Quid ais? Ly. nã retinere nequeo, quin dicã ea quæ p*
*meres.*

*Itáne tandẽ maiores famã tradiderunt tibi qui,*

*Vt virtute eorũ ante parta per flagitium perderes?*

*Atque honori poſterorũ tuorũ vt vindex fieres?*

Tibi

*Tibi paterq́; auosq́; facilem fecit & planam viam*

*Ad quærendum honorem: tu feciſti vt difficilis foret*

*Culpa maximè & deſidia, tuisq́; ſtultis moribus*

*Præoptauiſti, amorem tuum vti virtuti præponeres.*

*Nũc te hoc pacto credis poſſe obtegere errata? Le. ah no (ita eſt,*

Ly. *Capeſis virtutem animo, & corde expelle deſidiã tuo.*

*Atq; ego iſtũ agrũ tibi relinqui ob eã rẽ enixè expeto,*

*Vt tibi ſit qui te corrigere poßit, ne omnino inopiam*

*Ciues obiectare poßint tibi, quos tu inimicos habes.*

Le. *Omnia ego iſtic quæ tu dixiſti ſcio, vel exſignauero.*

*Vt rem patriam, & gloriam maiorum fœdarim meũm.*

Sciebã

*Sciebam vt eſſe me deceret, facere non quibam miſer,*
*Ita ocio captus in fraudem incidi:*
*Et tibi nunc proinde ac merere, ſummas habeo gratias.*
Ly. *At operam perire meam ſic, & te hæc dicta ſpernere,*
*Perpeti nequeo, ſimul me piget parum pudere te.*
*Et poſtremò niſi me auſcultas, atque hoc vt dico facis,*
*Tute ponè te latebis facile, ne inueniat te honor.*
*In occulto iacebis, cum te maximè clarum voles.*
*Pernoui equidem Lesbonice imperitũ tuũ ingeniũ ad-*
*(modũ*
*Scio te ſponte non tuapte erraſſe, ſed amorem tibi.*
*Pectus obſcuraſſe, atque ipſe amoris teneo omnis vias.*

*Ita eſt amor, baliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neq; vo- (lat.*

*Atque is mores hominũ moros & moroſos efficit.*

*Minus placet magis quod ſuadetur, q̃d diſuadetur placet.*

*Cum inopia'ſt cupias, quando eius copia'ſt, tum nõ velis.*

*Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, vetat.*

1. *Inſanum'ſt & malũ in hoſpitiũ deuorti ad cupidinem.*

*Sed te moneo hoc ẽt atq; etiã vt repútes, q̃d facere expetas.*

*Si iſtuc vt conare facis indiciũ, tuũ incendes genus.*

*Tum igitur tibi aqua erit cupido, genus qui reſtingas tuũ.*

*Atque erit ſi nactus, proinde vt corde amantes ſunt cati,*

*Ne ſcintillam quidem relinques genus qui congliſcat tuũ.*

Le. *Facile eſt imperitu, datur ignis, tametſi ab inimicis petas.*

*Sed tu obiurgans me à peccatis rapis deteriorem in viã.*

*Meã vis ſororẽ tibi dẽ, ſuades ſine dote, hoc nõ cõuenit.*

*Me qui abuſus ſum tantã rem patriũ, porrõ in diuitijs*

*Eſſe, agrũq́ habere: egere illã autẽ, vt me merito oderit.*

Ly. *Nunquã erit alienis grauis, qui ſuis ſe cõcinnat leuẽ.*

*Sicut dixi faciam, nolo te iactari diutius.*

*Tanto meliu'ſt ſororis cauſſa egeſtatem exequi?*

*Atque eum agrũ me habere quã te, tua qui toleres mœnia?*

Le. *Nolo ego mihi te tã proſpicere, qui meã egeſtatẽ leues,*

*Sed vt inops infamis ne ſim, ne mihi hãc famã differãt,*

*Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi*

*Sic ſine dote dedidiſſe, magis quam in matrimonium.*

*Quis me improbior perhibeatur eſſe? hæc famiſeratio*

*Te honeſtet, me autem collutulet, ſi ſine dote duxeris.*

*Tibi ſit emolumentum honoris, mihi quod obiectet ſiet.*

Ly. *Quid te dictatorē cenſes fore, ſi abs te agrū acceperim?*

Le. *Neque volo, neque poſtulo, neque cēſeo: verumtamen,*

*Is eſt honos homini pudico, meminiſſe officium ſuum.*

Ly. *Scio equidē, te animatus vt ſis video, ſubolet, ſentio.*

*Id agis, vt vbi affinitatē inter nos noſtram aſtrinxeris,*

*Atq; eum agrum dederis, nec quicquā hîc tibi ſit, qui vi*
(*tā* colas,

*Effugias ex urbe inanis, profugus, patriam deſeras,*

*Cognatos, affinitatem, amicos, factis nuptijs.*

*Mea opera hinc proterritũ te, meaq́; auaritia autumẽt.*

*Id me commiſſurũ, vt patiar fieri, ne animũ induxeris.*

ST.*Nõ enim poſſum quin exclamẽ: euge, euge Lyſiteles,*

*Facilè palmã habes hic victus, vicit tua comœdia,*

*Hic agit magis ex argumẽto, & verſus meliores facit.*

*Etiam ob ſtultitiam tuam te tueris, multa abomina.*

Le.*Quid tibi interpellatio, aut in cõſiliũ huc acceſsio eſt?*

ST.*Eodem pacto quo huc acceſsi, abſceſſero.* Le.*i hac mecũ (domũ*

*Lyſiteles, ibi de iſtis rebus plura fabulabimur.*

Ly. *Nihil ego in occulto agere ſoleo: meus ſi animus eſt, e- (loquar.*

*Si mihi tua ſoror, vt ego æquũ cenſeo, ita nuptum datur*

*Sine dote, neq; tu hinc abiturus, qđ meũ erit, id erit tuũ.*

*Sin aliter animatus es, bene quod agas, eueniat tibi,*

*Ego amicus nunq̃ tibi ero alio pacto, ſic ſententia eſt.*

ST. *Abijt hercle ille quidem. ecquid audis* Lyſiteles? *ego te (volo,*

*Hic quoq; hinc abijt.* S*taſime reſtas ſolus, quid ego nũc (agã,*

*Niſi vti ſarcinã cõſtringã, et clipeũ ad dorſũ accõmodẽ.*

*Fulmentas iubeã ſuppingi ſoccis, non ſiſti poteſt.*

*Video caculam militarem me futurum, aut longius,*

*Aut aliquẽ ad regem in ſaginã herus ſe coniecerit meus.*

Credo

*Credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore:*

*Et capturũ ſpolia, ibi illũ qui meo hero aduerſus venerit,*

*Egomet autẽ quom extẽplò arcũ mihi et pharetrã & ſagittas ſumſero,*

*Caßidem in caput, dormibo placidè in tabernaculo.*

*Ad forum ibo, nudiusſextus cui talentum mutuum*

*Dedi, repoſcam, vt habeã mecũ quod ferã viaticum.*

## *Megaronides, Callicles, ſenes duo.*

*VT mihi rem narras Callicles, nullo modo*

*Poteſt fieri prorſus, quin dos detur virgini.*

*Ca. Namq̃ hercle honeſtè fieri fermè non poteſt,*

*Vt eam perpetiar ire in matrimonium*

*Sine dote, cum eius rem penes me habeam domi.*

*Me. Parata dos domi'ſt, niſi exſpectare vis,*

*Vt eam ſine dote frater nuptum collocet.*

*Pòſt adeas tute Philtonem, & dotem dare*

*Te ei dicas, facere id eius ob amicitiam patris.*

*Verùm hoc ego vereor, ne iſtæc policitatio*

*Te in crimen populo ponat atque infamiam.*

*Non temerè dicant te benignum virgini,*

*Datam tibi dotem, ei quam dares eius à patre.*

*Ex ea largitari te illi, neque ita vt ſit data,*

*Columem te ſiſtere illi, & detraxe autument.*

*Nunc ſi operiri vis aduentum Charmidis,*

*Perlongum'ſt, huic ducendi interea abſceſſerit.*

*Ca. Nam hercle omnia iſtæc veniunt in mentem mihi.*

*Me. Vide ſi hoc vtibile magis atque in rem deputas,*

*Vt adeam Lesbonicum, edoceam vt res ſeſe habet,*

*Ca. Vt ego nunc adoleſcenti theſaurum indicem indomito?*

*Minimè minimè hercle verò. nam certò ſcio*

*Locum quoq; illum omnẽ vbi ſitu'ſt comederit,*

*Quem fodere metuo, ſonitum ne ille exaudiat,*

*Neu ipſam rem indaget, dotem dare ſi dixerim.*

*Me. Quo pacto ergo agetur? Ca. clàm dos depromi poteſt,*

*Dum occaſio ei rei reperiatur, interim*

*Ab amico aliquo alicunde argentum in dotē roges.*

*Me. Potin' eſt ab amico alicunde exorari? Ca. poteſt.*

*Me. Gerræ, ne tu illud verbū actutum inueneris,*

*Mihi quidem hercle non eſt quod dem mutuum.*

*Ca. Malim hercle vt verum dicas, quàm vt des mutuum.*

*Me. Sed vide conſilium, ſi placet. Ca. quid conſili'ſt?*

*Me. Scitum, vt ego opinor, conſilium inueni. Ca. quid eſt?*

*Me. Homo conducatur aliquis iam quantum poteſt,*

*Quaſi ſit peregrinus. Ca. quid is ſcit facere poſtea?*

*Me. Is homo exornetur graphicè in peregrinum modum,*

Ignota.

*Ignota facies, quæ non vſitata ſit,*

*Falſidicum confidentem. Ca. quid tum poſtea?*

*Me. Quaſi ad adoleſcentem à patre ex Seleucia*

*Veniat, ſalutem ei nunciet verbis patris,*

*Illum bene gerere rem, & valere & viuere,*

*Et eum rediturum actutum. ferat epiſtolas*

*Duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre:*

*Det alteram illi, dicat alteram tibi*

*Dare ſeſe velle. Ca. Perge porrò dicere.*

*Me. Seque aurum ferre virgini dotem à patre*

*Dicat, patremq́ id iuſsiße aurum tibi dare,*

*Tenes iam? Ca. propemodum, atq; adauſculto perlubens.*
*Me. Tum tu igitur demum id adoleſcenti aurum dabis,*
*Vbi erit locata virgo in matrimonium.*
*Ca. Scitè hercle ſanè. Me. hoc vbi theſaurum effoderis,*
*Suſpicionem ab adoleſcente amoueris,*
*Cenſebit aurum eſſe à patre allatum tibi,*
*Tu de theſauro ſumes. Ca. ſatis ſcitè & probè.*
*Quanquam hoc me ætatis ſycophantari pudet.*
*Sed epiſtolas quando obſignatas afferet,*
*Siquidem obſignatas attulerit epiſtolas,*
*Nonne arbitraris eum adoleſcentem annuli*

*Paterni ſigni nouiſſe? Me. etiam tu taces?*

*Sexcentæ ad eam rem cauſſæ poſſunt colligi,*

*Eum quem habuit, perdidit, alium poſt fecit nouum.*

*Iam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt,*

*Apud portitorem eas reſignatas ſibi*

*Inſpectaſq; eſſe, in huiuſmodi negotio.*

*Diem ſermone terere, ſegnities mera'ſt.*

*Quamuis ſermones poſſunt longi texier.*

*Abi ad theſaurum iam confeſtim clanculum,*

*Seruos, ancillas amone, atq; audin? Ca. quid eſt?*

Me. *Vxorem quoq; ipſam hanc rem vt celes face.*

Ca. Nam pol tacere nunquam quicquam eſt quod queat.

Me. Quid nunc ſtas? quin te hinc amoues, & te moues?

Aperi, deprome inde auri ad hanc rem quod ſat eſt.

Continuò operito denuò. ſed clanculum:

Sicut præcepi, cũctos exturba ædibus.

Ca. Ita faciam. Me. at enim nimis longo ſermone vtimur,

Diem conficimus, quod iam properato'ſt opus.

Nihil eſt de ſigno quod vereare, me vide.

Lepida eſt illa cauſſa, vt commemoraui, dicere,

Apud portitores eſſe inſpectas: deniq;

Diei tempus non vides? quid illum putas

*Natura iu atq; ingenio? iamdudum ebriu'ſt.*

*Quiduis probari poterit: tum quod maxumum eſt*

*Afferre, non petere hic ſe dicet. Ca. iam ſat eſt.*

*Me. Ego ſycophantam iam conduco de foro,*

*Epiſtolasq; iam conſignabo duas,*

*Eumq; huc adoleſcentem meditatum probè.*

*Mittam. Ca. eo ego igitur intro ad officium meum.*

*Tu iſtuc age. Me. actum reddam.*

CHARMIDES SENEX.

*SAlſipotēti & multipotēti Iouis fratri, & Nerei Nep- (tuni,*

*Letus, lubēs, laudes ago, & grates, gratiasq; habeo, &*

R v *fluctibus ſalſis,*

Quos penes mei poteſtas boni miſq; foret, & meæ vitæ,

Quō ſuis me ex locis in patriā vrbiſq; mœnia reducē faciūt.

Atq; ego Neptune tibi ăte alios deos gratias ago, atq; habeo
(ſummas.

Nam te omnes ſæuūq; ſeuerūq; atq; auidis moribus cōme
(morant,

Spurcificū, immanē, intolerandū, veſanū. cōtra opera ex-
(pertus.

Nā pol placido te & clemēti meo vſq; modo, vt volui vſus
(ſum, haud alio.

Atq; hāc tuā gloriā iam ātè auribus acceperā, & nobiles a-
(pud hōies,

Pauperibus te parcere ſolitū, diuites dānare atq; domare.

Abi laudo, ſcis ordine, vt æquum'ſt,

Tractare hōies. hoc dis dignū'ſt, ſemp̄ mēdicis modeſti ſint.

Fidus fuiſti, infidū eſſe iterāt. nā abſq; foret te, ſat ſcio in
(alto

*Diſtraxiſſẽt, a[illegible] tuliſſẽt ſatellites tui me miſerũ fœdè,*

*Bonaq́; omnia, ita vnà mecũ paſſim ceruleos per campos.*

*Ita iã quaſi canes haud ſecus circũſtabant nauem turbines. (venti,*

*Imber, fluctusq́; atq; procellæ infenſæ, frangere malum;*

*Ruere antẽnas, ſcindere vela, ni tua pax ꝓpitia foret præ (ſto.*

*Apage me ſis deinde hinc certum'ſt ocio me dare, ſatis par (tũ habeo:*

*Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro.*

*Sed quis hic eſt qui in plateam ingreditur cũ nouo ornatu, ſpecieq́;*

*Simul. pol quanquã domũ cupio, operiar hic quã gerat rẽ.*

*Sycophanta. Charmides. Senex.*

*Huic ego diei nomẽ Trinũmo faciã: nã ego operam meam*

Tribus

*Tribus nummis hodie locaui ad artes nugatorias.*

*Aduenio ex Seleucia, Macedonia, Aſia, atq; Arabia,*

*Quas ego neq; oculis neq; pedib' vnquã vſurpaui meis.*

*Viden' egeſtas quid negocij dat homini miſero mali?*

*Qui ego nũc ſubigor triũ nũmorũ cauſſa vt has epiſtolas*

*Dicã ab eo hõie me accepiſſe, quẽ ego q ſit homo, neſcio,*

*Neq; noui: neq; natus, nec ne is fuerit, id ſolidè ſcio.*

*Ch. Pol hic quidẽ fungino genere eſt, capite ſe totum tegit.*

*Ilurica facies videtur hominis, eo ornatu aduenit.*

*Sy. Ille qui me conduxit, vbi conduxit, abduxit domum.*

*Quæ voluit, mihi dixit: docuit, & Præmõſtrauit prius*

*Quomodo quicq; agerem: nūc adeò ſi quid ego addidero (amplius,*

*Eo conductor melius de me nugas conciliauerit,*

*Vt ille me exornauit, ita ſum ornatus: argentū hoc facit,*

*Ipſe ornamenta à Chorago hæc ſumſit ſuo periculo.*

*Nunc ego ſi potero ornamentis hominem circunducere,*

*Dabo operā, vt me eſſe ipſum planè ſycophātā ſentiat.*

Ch. *Quàm magis ſpecto, minꝰ placet mihi hominis facies: (mira ſunt,*

*Ni illic homo'ſt aut dormitator, aut ſector Zonarius.*

*Loca contēplat, circunſpectat ſeſe, atque ædis noſcitat.*

*Credo edepol, quo mox furatum veniat, ſpeculatur loca.*

*Magis lubido'ſt obſeruare quid agat, ei rei operā dabo.*

Sy.

*Sy, Has regiones demonſtrauit mihi ille ductor meus.*

*Apud illas ædis ſiſtendæ mihi ſunt ſycophantiæ.*

*Fores pultabo. Ch. ad noſtras ædes hic quidē habet rectā (viam.*

*Hercle opinor mihi adueniēti hac noctu agitādæ ſunt (vigiliæ.*

*Sy. Aperite hoc, aperite: heus ecquis foribus tutelā gerit?*

Ch. *Quid adoleſcēs quæris? quid vis? quid iſtas pultas? Sy. (heus ſenex,*

Cen*ſus coniuratori ſi rectè rationem dedi,*

*Lesbonicum hic adoleſcentem quæro, in his regionibus*

*Vbi habitet, & item alterū ad iſtanc capitis albitudinē,*

C*alliclen aiebat vocari, qui has mihi dedit epiſtolas.*

Ch. *Meū gnatū hic quidē Lesbonicū quærit, et amicū meū,*

Cui

*Cui ego libe[illegible] bonaq́; commendaui, Calliclem.*

*Sy. Fac me ſi ſcis certio[illegible]hiſce. homines vt habitẽt, pater.*

*Ch. Quid eos quæris? aut quis es? aut vnde es? aut vnde ad-*
*(uenis?*

*Sy. Multa ſimul rogitas, neſcio quid expediã potiſſimũ.*

*Sin vnũ quidquid ſingillatim & placidè percũctabere,*

*Et meũ nomen, & mea facta, & itinera ego faxo ſcias.*

*Ch. Faciã ita vt vis, age dũ nomẽ tuũ primũ memora mihi.*

*Sy. Magnũ facinus incipis ſic petere. Ch. quid ita? Sy. quia*
*(pater,*

*Si ante lucẽ ire occipias à meo primo nomine,*

*Concubium ſit noctis, priuſquã ad poſtremũ ꝑueneris.*

*Ch. Opus facto eſt & viatico ad tuũ nomẽ, vt tu prædicas.*

Sy.

*Sy.Eſt minuſculum alterum quaſi vaſculum vinarium.*

Ch.*Hic homo ſolidè ſycophãta eſt. quid ais tu adoleſcens?*
*( Sy.quid eſt?*

Ch.*Eloquere iſti tibi quid hoĩes debent, quos tu quæritas?*

*Sy.Pater iſtius adoleſcẽtis dedit has duas mihi epiſtolas*

*Lesbonici.*Ch.*mihi eſt amic⁹, teneo hũc manifeſtariũ.*

*Me ſibi epiſtolas dediſſe dicit, ludam hominẽ probè.*

*Sy.Ita vt occepi, ſi animũ aduortas, dicã.Ch.dabo operã*
*( tibi.*

*Sy.Hanc me iuſsit Lesbonico ſuo gnato dare epiſtolam,*

*Et item hanc alteram ſuo amico Callicli iuſsit dare.*

Ch.*Mihi quoq; edepol quoniã hic nugatur, contra nugari*
*( lubet.*

*Vbi ipſe erat? Sy.bene rẽ gerebat.*Ch.*Ergo vbi? Sy.in Se*
*( leucia.*

Ch. *Ab ipſon' iſtan accepiſti?* Sy. *e manibus dedit mihi ipſe (in manus.*

Ch. *Qua facie eſt homo?* Sy. *ſeſquipede quidē eſt quā tu lō (gior.*

Ch *Nouiſtin' hoīem?* Sy. *rediculè rogitas, quocū vna cibū*

*Capere ſoleo.* Ch. *quod eſt ei nomē?* Sy. *quod edepol ho (mini probo.*

Ch. *Lubet audire.* Sy. *illi edepol illi illi, væ miſero mihi.*

Ch. *Quid eſt negocij?* Sy. *deuoraui nomē imprudēs modo.*

Ch. *Non placet, qui amicos intra dētes concluſos habet.*

Sy. *Atq; etiā modo vorſabatur mihi in labris primoribus.*

Ch. *Tēpori huic hodie ātcueni.* Sy. *Teneor manifeſtò miſer.*

Ch. *Iā ne cōmētus es nomē?* Sy. *deūm hercle me atq; homi- (nū pudet.*

Ch. *Vide homo vt hominē noueris.* Sy. *tanq̄ me iſtuc fieri (ſolet.*

*Quod in manu teneas, atque oculis videas, id deſideres.*

*Litteris recõminiſcar. Ch. eſt principium nomini,*

*Callicles? Sy. Nõ eſt. Ch. Callipus? Sy. nõ eſt. Ch. Calli (demides?*

*Sy. Nõ eſt. Ch. Callinicus. Sy. nõ eſt. Ch. Callimarchus. Sy. (nil agis.*

*Neq; adeò edepol flocci facio, quãdo egomet memini mei.*

*Ch. At enim multi Lesbonici ſunt hic, niſi nomen patris*

*Dices, nõ mõſtrare poſsũ iſtos homines, quos tu quæritas.*

*Quod ad exemplũ eſt? coniectura ſi reperire poſsumus.*

*Ad hoc exẽplũ eſt? an Chares? an Charmides, nũ charmi (des?*

*Sy. Hẽ iſtic erit, qui iſtũ di ꝑdãt. Ch. dixi ego iã dudũ tibi:*

*Te potius benedicere æquũ'ſt homini amico, quã male.*

*Sy.Satin intra labra atq; dẽtes latuit vir minimi precij.*

*Ch.Ne malè loquare & præſenti amico. Sy.quid ergo ille*
*(ignauiſsimus*

*Mihi latitabat? Ch.ſi appellaſſes reſpõdiſset nomine.*

*Sed ipſe vbi eſt? Sy.pol illũ reliqui ad Rhadamãtẽ in*
*(Cecropia inſula.*

*Ch.Qui homo eſt me inſipientior, qui ipſe egomet, vbi ſim*
*(quæritẽ?*

*Sed nihil diſcõducit huic rei, quid ais? Sy.quid? Ch.hoc*
*(quod te rogo,*

*Quos locos adiſti? Sy.nimiũ miris modis mirabiles.*

*Ch.Lubet audire, niſi moleſtũ'ſt. Sy. quin diſcupio dicere.*

*Omniũ primũ in Põtũ aduecti ad Arabiã terrã ſum⁹.*

*Ch.Ehò an etiã Arabia'ſt in ponto? Sy.eſt, nõ illæc vbi tus*
*(gignitur,*

*Sed vbi abſintium fit, atque cunila gallinacea.*

Ch. Nimiũ graphicũ hũc nugatorẽ ſed ego [illegible]am inſipiẽtior.

Qui egomet vnde redeã, hunc [illegible]igitẽ, quæ ego ſciã, atq;
(hic neſciat.

Niſi. quia lubet experiri, quò euaſuru'ſt deniq;

Quod eſt tibi nomẽ adoleſcẽs? Sy. pax, id eſt nomẽ mihi,

Hoc quotidianũ'ſt. Ch. edepol nomen nũgatorium,

Quaſi dicas, ſi quid crediderim tibi, pax, periſſe illico.

Sed quid ais, quò inde iſti porrò? Sy. ſi animũ aduortas,
(eloquar.

Ad caput amnis, quod de cœlo exoritur ſub ſolio Iouis.

Ch. Sub ſolio Iouis? Sy. ita dico. Ch. è cœlo? Sy. atq; medio
(quidẽ.

Ch. Ehò an etiã in cœlũ aſcẽdiſti? Sy. imò horiola aduecti
(ſumus,

Vſq; aqua aduorſa per amnẽ. Ch. ehò an ẽt vidiſti Iouẽ?
Sy.

Sy. Callicli iſſe ad villã aiebant ſeruis depromtũ cibum.

Deinde porrò. Ch. at inde porrò nolo quicquã prædices.

Sy. Dimittã vt te velle video. ſed monſtra hoſce hoĩes mihi.

Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epiſtolas.

Ch. Quid ais tu nunc? ſi fortè eum ipſum Charmidẽ conſ(pexeris,

Illum quem tibi iſtas dediſſe commemoras epiſtolas,

Noueris ne hominẽ? Sy. næ tu me edepol arbitrare beluã.

Qui quidẽ nõ nouiſſe poſſim, qui cũ ætatẽ exegerim.

An ille tã eſſet ſtultus, qui mihi mille nũmũ crederet

Philippeum, quod me aurũ deferre iuſſit ad gnatũ ſuũ,

Atq; ad amicũ Calliclẽ, cui rẽ aiebat mãdiſſe hic ſuã.

*Mihi concrederet, niſi me ille & ego illū noſſē approbè.*

*Ch. Enimuero ego nūc Sycophantæ huic ſycophātari volo,*

*Si hūc poſſim illis mille nūmis Philippeis circūducere,*

*Quos ſibi me dediſſe dixit: quē ego qui ſit homo, neſcio.*

*Neq; oculis āte hūc diē vnquā vidi, ei ne aurū crederē?*

*Cui ſi capitis res ſiet, nummū nūquā credam plumbeū.*

*Aggrediundu' ſt hic homo mihi aſtu. heus pax te tribus (verbis volo.*

*Sy. Vel trecētis. Ch: haben' tu id aurū, qđ accepiſti à Char- (mide?*

*Sy. Atq; etiā Philippeū, numeratū illius in menſa manu,*

*Mille nummos. Ch. nēpe ab ipſo id accepiſti Charmide?*

*Sy. Mirū quin ab auo eius, aut proauo acciperē, qui ſunt (mortui.*

*Ch. Adoleſcẽ. redò dũ iſtuc aurũ mihi. Sy. qđ ego aurum*
*(dem tibi?*

*Ch. Quod à me te accepiſſe faſs⁹. Sy. abs te accepiſſe? Ch. ita*
*(loquor*

*Sy. Quis tu homo es? Ch. qui mille nũmũ tibi dedi, ego ſum*
*(Charmides.*

*Sy. Neq; edepol tu is es, neq; hodie is vnquã eris, auro huic*
*(quidem.*

*Abi ſis nugator. nugari nugatori poſtulas.*

*Ch. Charmides ego ſũ. Sy. necquicquã hercle es. nã nihil an*
*(refero*

*Nimis argutè obrepſiſti in eapſe occaſiuncula,*

*Poſtq̃ ego me aurũ ferre dixi, poſt tu fact' Charmides.*

*Prius tu non eras, quã auri feci mentionem. nihil agis.*

*Pro in tute itidẽ vt Charmidat⁹ es, rurſũ recharmida.*

*Ch. Quis ego ſum igitur, ſiquidẽ is nõ ſum qui ſum? Sy.*
*(quid id ad me attinet?*

*Dū illene ſis, quē ego eſſe nolo, ſis. mea cauſſa quod lubet.*

*Prius nō is eras qui eras, nunc is factus qui tū nō eras.*

*Ch. Age ſi quid agis. Sy. quid ego agā? Ch. aurū redde. Sy. (dormitas ſenex.*

*Ch. Faſſus Charmidē dediſſe aurū tibi? Sy. ſcriptū quidē.*

*Ch. Properas, an nō properas abire actutū ab his regionibus,*

*Dormitator, priuſquam ego hic te iubeo multari male.*

*Sy. Quāobrē? Ch. quia illū quē emētitus es, ego ſum ipſus (Charmides,*

*Quē tibi epiſtolas dediſſe aiebas. Sy. eò quæſo tu is es?*

*Ch. Is enimuero ſum. Sy. ain? tu tandē, is ipſus ne es? Ch. aio. Sy. ipſus es?*

*Ch. Ipſus inquā Charmides ſum. Sy. ergo ipſus ne es? Ch. ipſiſſimus.*

*Abi hinc ab oculis. Sy. enimuero ſeriò quoniā aduenis,*

Vapu-

*Vapulabis à magistratu meo, & nouorum ædilium.*

Ch: *An etiã maledicis? Sy. immò ſaluus quãdo quidẽ aduenis*

*Di te perdant, ſi te flocci facio, an perijſſes prius.*

*Ego ob hãc operã argentũ accepi, te macto infortunio.*

*Sed enim tu qui ſis, qui nõ ſis, floccũ non interduim.*

*Ibo ad illũ. renũciabo, qui mihi tris nummos dedit,*

*Vt ſciat ſe perdidiſſe, ego abeo. malè viue & vale,*

*Quod di te omnes aduenientẽ peregre perdant Charmides.*

Ch: *Poſtquam ille hinc abijt, poſt loquendi liberè*

*Videtur tempus veniſſe, atq; occaſio.*

*Iam dudum meum ille pectus pungit aculeus,*

Sy: Quid

*Quid illi negocij fuerit ante ædis meas,*

*Nam epiſtola illa mihi concenturiat metum*

*In corde, & illud mille nummûm quam rem agat.*

*Nunquam edepol temerè tinijt tintinabulum,*

*Niſi qui illud tractat aut mouet, mutus tacet.*

*Sed quis hic eſt, qui huc in plateam curſuram incipit?*

*Lubet obſeruare quid agat, huc conceſſero.*

## *Staſimus ſeruus. Carmides ſenex.*

*STaſime face te properè celerẽ, recipe te ad dñm domũ*

*Ne ſubitò metus exoriatur ſcapulis ſtultitia tua.*

*Adde gradũ, appropa, iã dudũ factum'ſt, cũ abiſti domo.*

*Caue ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.*

*Si aberis ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere.*

*Ecce hominem te Staſime nihili, ſat in thermopolio*

*Condaliũ es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturẽ.*

*Recipe te, & recurre petere re recẽti. Ch. huic q̄ſq̄s eſt,*

*Curculio'ſt exercitor, is hunc hominẽ curſuram docet.*

ST. *Quid homo nihili, non pudet te? tribus ne te poterijs*

*Nemoria eſſe oblitũ? an verò, quia cũ frugi hominibus*

*Ibi bibiſti, qui ab alieno facilè cohiberent manus?*

*Theruchus fuit cerconicus, crinnꝰ, cercobulus, collabus,*

*Oculicrepidæ, cruricrepidæ, ferriteri, maſtigiæ.*

*Inter eos ne homines condalium te redipiſci poſtulas,*

*Quorũ eorum vnus ſurripuit currenti curſori ſolum?*

Ch. *Ita me di amẽt graphicũ furẽ. St. quid ego? quod perijt (petam?*

*Niſi etiã laborẽ ad damnũ apponã apothecã inſuper?*

*Quin tu quod perijt, perijſſe ducis, cape vorſoriam.*

*Recipe te ad herum. Ch. non fugitiuu'ſt hic homo cõme (minit domi.*

ST. *Atq; vtinam veteres mores, vetereſq; parſimoniæ,*

*Potius maiori honori hic eſſent, quam mores mali.*

Ch. *Di immortales, baſilica quidẽ facinora inceptat loqui.*

*Vetera quærit, vetera amare hunc morẽ maiorũ ſcias.*

ST. *Nã nunc mores nihil faciunt, quod licet, niſi qđ lubet.*

Ambitio

*Ambitio iam more ſancta'ſt, libera'ſt à legibus.*

*Scuta iacere, fugereq́; hoſtis, more habet licentiam.*

*Petere honorē pro flagitio, more fit.* Ch. *Morē improbū.*

ST. *Strenuos præterire more fit.* Ch. *nequam quidem.*

ST. *Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam,*

*Magis queis ſunt obnoxioſi quàm parentes liberis.*

*Eæ miseræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,*

*Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*

Ch. *Lubet adire atq; appellare hūc, verū auſculto perlubēs.*

*Sed metuo ſi compellabo, ne aliā rem occipiat loqui.*

ST. *Neq; iſtis quicquā lege ſanctū'ſt, leges mori ſeruiūt.*

Mores

*Mores autẽ rapere properãt, qua ſacrũ qua publicum.*

*Ch. Hercle iſtis malã rẽ magnã moribus dignum'ſt dari.*

*St. Non ne hoc publicè animũ aduorti? nã id genus homi-(nũ hominibus*

*Vniuerſis eſt aduorſum, atq; omni populo malefacit.*

*Malè fidem ſeruando: illis quoq; abrogant etiã fidem*

*Qui nihil meriti, quippe ex eorum ingenio ingeniũ horũ (probant.*

*Hoc qui in mẽtẽ venerit mihi, re ipſa modò cõmonitus (ſum.*

*Si quis mutuũ quid dederit, fit pro proprio perditum.*

*Cum repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.*

*Si mage exigere cupias, duarum rerũ exoritur optio.*

*Vel illud qđ crediderís perdas, vel illũ amicũ amiſeris.*

Ch.

*Ch. Meus eſt hic quidē Staſimus ſeruus St. nā ego talētū (mutuum*

*Quod dederā, talento inimicū mihi emi, amicū vēdidi.*

*Sed ego ſum inſipientior, qui rebus curem publicis:*

*Potius quā id qđ proxumū'ſt meo tergo, tutelā gerā.*

*Eo domū. Ch. heus tu ſta illico, audi, heus tu. St. nō ſto. (Ch. at ego te ſtare volo.*

*ST. Quid ſi egomet te velle nolo. Ch. ha nimiū Staſime ſæ- (uiter.*

*ST. Emere meliu'ſt, cui imperes. Ch. pol ego emi, atq; ar- (gentū dedi.*

*Sed ſi non dicto audiens es, quid ago? St. damnū malū.*

*Ch. Bñ mones, ita facere certū eſt. St. niſi quidē es obnoxi⁹.*

*Ch. Si bonus es, obnoxius ſum: ſin ſecus es, faciā vti iubes.*

*ST. Quid id ad me attinet, bonis'ne ſeruis tu vtare, an ma- (lis?*

Ch. *Quia boni maliq́; in ea re pars tibi eſt.* St. *partē alterā*

*Tibi permitto, illā alterā ad me qđ boni eſt, apponito.*

Ch. *Si eris meritus, fiet. ſed reſpice ad me huc, ego ſū Char-* (*mides.*

ST. *Hē quis eſt, qui mentionē facit homo hominis optimi?*

Ch. *Ipſe homo optim⁹.* ST. *mare, terra, cœlū, di veſtrā fidē,*

*Satī ego oculis plane video, eſt'ne ipſus, an nō eſt? is eſt,*

*Certe is eſt, is eſt profecto. ô mi here exoptatiſsime*

*Salue.* Ch. *ſalue Staſime.* St. *ſaluū te.* Ch. *ſcio et credo ti-* (*bi.*

*Sed omitto alia. hoc mihi reſponde, liberi qđ agūt mei,*

*Quos reliqui hic filiū atq; filiā?* ST. *viuunt, valent.*

Ch. *Nēpe vterq;?* St. *vterq;.* Ch. *di me ſaluū et ſeruatū vo-* *lūt.*

*Cætera intus ocioſe præcunctabor quæ volo.*

*Eamus intrò, ſequere. St. quo tu te agis? Ch. quonã niſi (domum?*

*St. Hiccine nos habitare cenſes? Ch. vbi nã ego alibi cẽſeã?*

*St. Iã. Ch. quid iã? St. nõ ſũt noſtræ ædes iſtæ. Ch. quid ego (ex te audio?*

*St. Vendidit tuus natus ædis. Ch. perij. St. præſentarijs*

*Argenti minis numeratis. Ch. quot? St. quadraginta. (Ch. occidi.*

*Qui eas emit? St. Callicles, cui tuã rẽ cõmendaueras,*

*Is habitatũ huc commigrauit, nosq́; exturbauit foras.*

*Ch. Vbi nunc filius meus habitat? St. hic in hoc poſticulo.*

*Ch. Malè diſperij. St. credidi ægrè tibi id vbi audiſſes fore.*

*Ch. Ego miſer meis periculis ſum per maria maxima*

 Vectus

*Vectus capitali periculo, per prædones plurimos.*

*Me ſeruaui, ſaluus redij, nunc hic diſperij miſer,*

*Propter eoſdē, quorum cauſſa fui hac ætate exercitus.*

*Adimit animā mihi ægritudo Staſime, tene me. St.*
*(vis ne aquā*

*Tibi petā? Ch. res quō animā agebat, tū eſſe offuſā opor*
*(tuit.*

## Callicles, Charmides, ſenes duo, Staſimus ſeruus.

*QVid hoc hic clamoris audio ante ædis meas?*

*Ch. O Callicles, ô Callicles, ô Callicles,*

*Qualin' amico mea commendaui bona?*

*Ca. Probo & fideli, & fido, & cum magna fide.*

*Et ſalue, & ſaluum te aduenisse gaudeo.*

*Ch.Omnia iſtæc tibi ſi ita'ſt vt prædicas.*

*Sed quis iſte eſt tuus ornatus? ego dicam tibi.*

*Theſaurum effodiebam intus, dotem filiæ*

*Tuæ quæ daretur: ſed intus narrabo tibi,*

*Et hoc & alia, ſequere. Ch. Staſime. St. hē. Ch. ſtrenuò*

*Curre in Piræum, atque vnum curriculum face.*

*Videbis iam illic nauem, qua aduecti ſumus.*

*Iubeto Sangarionem quæ imperauerim*

*Curare, vt efferantur, & tu ito ſimul.*

*Solutum'ſt portitori iam portorium.*

*St. Nihil eſt moræ? Ch. nihil; ambula, actutum redi.*

*St. Illic ſum atq; hic ſum. Ca ſequere tu me hac intrò. Ch.*
*(ſequor.*

*St. Hic meo hero amico ſolus firmus reſtitit,*

*Neq; demutauit animum de firma fide.*

*Quanquam labores multos*

*Sed hic vnus, vt ego ſuſpicor, ſeruat fidem,*

*Ob rem laborem eum ego cepiſſe cenſeo.*

## *Lyſiteles adoleſcens.*

*HIC homo eſt omniū hominū præcipuis voluptatibus*
*(gaudijsq; anteponēdus.*

*Ita cōmoda quæ cupio eueniunt, quod ago aſſequitur,*
*(ſubeſt,*

*Subſequitur, ita gaudijs gaudium ſuppeditat.*

*Modò me Staſimus Lesbonici ſeruus conuenit, is*

Mi dixit,

*Mi dixit, ſuum herum peregrè huc aduenisſe Charmidem.*

*Nūc mihi is ꝓperè cōueniēdus eſt, vt quæ cū eius filio*

*Egi, ei rei fundus pater ſit potior eo ſed fores*

*Hæ ſonitu ſuo mihi moram obijciunt incommodè.*

## *Charmides, Callicles, ſenes duo. Lyſiteles,* Lesbonicus, adoleſcentes.

*Neq; fuit, neq; erit, neceſſe quenquā hominū in terra dum (arbitror,*

*Cui fides, fidelitasq; amicum erga æquiperet ſuum,*

*Nam ædificauiſſet me ex his ædibus, abſq; te foret.*

*Si quid amicum erga beneſeci, aut conſului fideliter,*

*Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror.*

Nã beneficiũ hõi propriũ quod datur, propriũ ſũſerit:

Quod datũ eſt vtẽdũ, id repetẽdi copia'ſt, quando velis.

Ch. Eſt ita, vt tu dicis. ſed ego hoc nequeo mirari ſatis,

Eum ſororem deſpondiſſe ſuã in tam fortem familiam,

Lyſiteli quidẽ Philtonis filio. Ly. enim me nominat.

Ch. Familiã optumã occupauit. Ly. q̃d ego ceſſo hos collo-(qui?

Sed maneã etiã opinor, nanq; hoc cõmodũ orditur loqui.

Ch. Vah. Ca. quid eſt? Ch. oblitus intus dudũ tibi ſũ dicere:

Modò mihi aduenienti nugator quidã acceſſit obuiam.

Nimis pergraphic' ſycophãta, is mille nũmũ ſe aureũm

Meo datu tibi ferre, & gnato Leſbonico aiebat meo,

Quem

Quē ego nec qui eſſet norā, neq; eū ante vſquā conſpexi (prius.
Sed q̄d rides? Ca. meo allegatu venit, quaſi qui aurū mihi
Ferret abs te, quod darē tuæ gnatæ dotem, vt filius
Tuus quādo illi à me darē, eſſe allatū id abs te crederet,
Neu quis rē ipſam poſſet intelligere, & theſaurū tuū
Me eſſe penes, atq; eum à me lege populi patriū poſceret.
Ch. Scitè edepol. Ca. Megaronides cōmunis hoc me⁹ & tuus
Beneuolēs cōmētu' ſt. Ch. quin collaudo cōſiliū, & probo.
Ly. Quid ego ineptus, dum ſermonē vereor interrūpere,
Sol' ſto, nec quod conatus ſum agere ago? hoïes colloquar.
Ch. Quis hic eſt, qui huc ad nos incedit? Ly. Charmidē ſoce- (rum ſuum

*Lyſiteles ſalutat. Ca. di dent tibi Lyſiteles quæ velis.*

*Ch. Nõ ego ſum ſalute dignus. Ly. immò ſalue Callicles,*

*Hunc priorẽ æquum'ſt me habere, tunica propior pal-*
*(lio eſt.*

*Ch. Deos volo conſilia veſtra rectè vortere,*

*Filiã meam tibi deſpõſatã eſſe audio. Ly. niſi tu ne vis.*

*Ch. Imò haud nolo. Ly. ſpõden' ergo tuã gnatã vxorẽ mihi?*

*Ch. Spõdeo, & mille auri philippum dotis. Ly. dotem nihil*
*(moror.*

*Ca. Si illa tibi placet, placenda dos quoq; eſt, quã dat tibi.*

*Ch. Poſtremò quod vis nõ duces, niſi illud quod nõ vis, fe-*
*(res.*

*Ca. Ius hic orat. Ly. impetrabit te aduocato atq; arbitro,*

*Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi vxorem dari?*

Ch.

*Ch. Spondeo. Ca. & ego ſpondeo idem hoc. Ly. ô ſaluete af-
(fines mei.*

*Ch. Atq; edepol ſunt res, quas ꝓpter tibi tamē ſuccēſui.*

*Ca. Quid ego feci? Ch. meū corrūpi quia perpeſſus filium.*

*Ca. Si id mea volūtate factū eſt, eſt quod mihi ſuccēſeas,*

*Sed ſine me hoc abs te impetrare, quod volo. Ch. quid id
(eſt? Ca. ſcies,*

*Si quid ſtultè fecit: vt ea miſſa facias omnia.*

*Quid quaſſas caput? Ch. cruciatur cor mihi, & metuo.
(Ca. quidnā id eſt?*

*Ch. Quom ille ita'ſt, vt eſſe nolo, id crucior, metuo ſi tibi*

*Denegem quod me oras, ne te leuiorem erga me putes.*

*Nō grauabor, faciā ita vt vis. Ca. probus es, eo, vt illū
(euocē.*

*Ch. Miſerum'ſt, male promerita, vt merita ſi mihi vlciſ-
(ci nō licet.*

*Ca. Aperite hoc, aperite properè, & Lesbonicũ, ſi domi'ſt, (foras*

*Euocate, ita ſubito'ſt properè, quod eum cõuentũ volo.*

*Le. Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito (foras?*

*Ca. Beneuolẽs tu' atq; amicu'ſt. Le. ſatin' ſaluæ? dic mihi.*

*Ca. Rectè tuum patrẽ rediiſſe ſaluom peregrè gaudeo.*

*Le. Quis id ait? Ca. ego. Les. tun' vidiſti? Ca. & tute idẽ vi (deas licet.*

*Le. O pater, pater mi ſalue. Ch. ſalue multum gnate mi.*

*Le. Si quid tibi pater laboris. Ch. nihil euenit, ne time:*

*Bene re geſta ſaluus redeo, ſi tu modò frugi eſſe vis,*

*Hæc tibi pacta'ſt Callicli filia, Le. ego ducam pater,*

*Etiam ſi quam aliã iubebis. Ch. quanquã tibi ſuccẽſui.*

Le.

*Le. At iam poſthac temperabo. Ch. dicis, ſi facias modò.*

*Ca. Num quid cauſſæ eſt quin vxorē cras domū ducā? Ch. (optimum'st. licet.*

*Tu in perendinum paratus ſis vt ducas. Plaudite.*

*Laus Deo.*

*Apud Ioannem Barrerium.*
*M. D. L X V I I I.*

*Cum facultate Inquiſitoris Et Ordinarij.*

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA